BEATI IVSTINI PHIloſophi & martyris opera omnia,

QVÆ ADHVC INVENIRI POTVERVNT, ID EST, QVÆ EX REGIS *Galliæ Bibliotheca prodierunt.*

Ioachimo Perionio Benedictino Cormœriaceno interprete.

Eiuſdem Perionii in multos eiuſdem Iuſtini libros obſeruationes.

Librorum nomina poſt vitam B. Iuſtini ab Euſebio ſcriptam ſubiecta ſunt.



B A'

PARISIIS,
Apud Iacobum Dupuys, è regione collegij Cameracenſis, ſub inſigni Samaritanæ.
1554.
Cum Priuilegio Regis.

EXTRAICT DV PRIVILEGE.

IL eſt permis à Iaques dupuys, marchãt Libraire de noſtre vniuerſité de Paris, d'imprimer ou faire imprimer vn liure intitulé *Opera S. Iuſtini philoſophi & martyris:* nouuellemẽt mis en latin par frere Ioachim Perion, docteur en Theologie: Aueeques certaines obſeruations faictes par iceluy ſur certains liures dudict S. Iuſtin. Et defenſes à tous autres Libraires & Imprimeurs de non vendre, imprimer ou faire imprimer ledict liure, ſans le conſentement dudict Dupuys. Et ce ſur certaines & grandes peines appliquées à noſtre Sire le Roy, & d'amende arbitraire, & de confiſcation deſdicts liures, & des dommages & intereſtz dudict Dupuys: ainſi que plus aplain apert & eſt declaré en l'original des lettres patentes dudict Seigneur. Donné à Paris, le ſixieſme iour de Iuillet 1554. Et de ſon regne le huictieſme. Par le Roy en ſon conſeil.

Signé Boyer.

D. Othoni Caſtulonio Cardinali, &c. IOACHIMVS PERIONIUS Benedictinus Cormœriacenus S. P. D.

MAximas gratias agere debemus, Otho Cardinalis, primùm ac maximè Deo, quòd ſuperiora ſua in nos beneficia, quæ & infinita & maxima ſunt, cùm nouis aliis eiuſdem generis hac ætate noſtra cumulat, tum librorum in omni diſciplinarum genere, qui maximo omnium damno ſitu obducti adhuc latuerant, patefactione: deinde iis hominibus qui certatim illius inſtinctu pro ſua in ſtudioſos diſcendi egregia voluntate. ſic de inueniendis libris cogitant, vt nec labore nec ſumptibus, quos maximos neceſſariò faciendos eſſe ſciunt, à tam honeſto vtilíque opere deterreantur. Si enim ij homines qui aliquid literis mandarunt, in eo poſterorum vtilitatẽ ſequuti ſunt. qua ne diutius careamus, per hos tales homines Deus perficit: profectò ingrati erimus, niſi vtroſque iis ſaltem officiis quæ dixi, proſequamur, eóque magis, quò plures libri quotidie & Dei benignitate, & horum opera, ab obliuione hominum vindicantur. Longum quidem eſſet omnes & libros qui iam inuenti ſunt, atque ad omnium cognitionem vtilitatémque paſſim editi, enumerare: & homines nominare quos in omnibus imperiis ac nationibus plurimum in hanc rem ſtudij atque operæ conferre ſcimus. ſatis autem erit exempli cauſa vnum atque alterum dicere, quos cæteri ſibi in hoc genere ad imitandum propoſuiſſe videantur. Quis enim neſcit quanto ſtudio quantáq; animi contentiõe Franciſcus Valeſius Rex in eo elaborauerit, vt ex Græcia atque Iudæa magna librorum Græcorum atque Hebraicorum multitudo comportarẽtur, quibus eam quam iam conſtruxerat, Bibliothecam ornaret? aut quàm multorum hominum ſtudia exẽplo ſuo excitauerit? Equidem multos nominare poſſum, non Gallos modò, ſed etiã Italos atque Hiſpanos & Germanos, vt cæteros taceam, qui hoc eius pulcherrimo exemplo adducti, (tantùm valet Principũ virtus) Bibliothecas exquiſitis libris priuatim impleuerunt. in quo cùm Henricus illius filius Rex potentiſſimus & Chriſtianiſſimus eo mortuo vinci ſe nefas exiſtimaret, paternam illam gloriam, id eſt Bibliothecam, quam à patre Rege omnibus bonis ſcriptoribus refertam accepit, non ſolùm non contemnendam, ſed etiam ſibi augendam amplificandámque cenſuit. Sic enim abhinc annos ſeptem, id eſt, ex quo in patris Regis locum ſucceſſit, in ea ornanda elaborauit adhuc, eam vt Alexãdrinæ illi Ptolemæi, non dico comparare, ſed etiam anteponere non dubitem. Quòd ſi quis mihi hoc loco occurrat, contendátque Alexandrinam illam multitudine librorum viciſſe, is ſic velim habeat, me primùm ſi de numero agamus, facilè poſſe obtinere. Qui enim librorum illius multitudinem tradunt, ad quinque millia fuiſſe confirmant: nec quid librorum nomine intelligant, exponunt. Atqui ſiue tot per ſe conſtantes intelligunt, ſiue vt in vno volumine libros multos ineſſe dicimus: vtranque rationem huius librorum ratio & numerus vel ſuperat, vel certè exæquat. Deinde vt maiorem in illa librorum numerũ fuiſſe demus, cui

dubium eſt, quin cùm in rerum comparatione genus numero ſit anteponendũ, hæc illam longè multúmque ſuperatura ſit? Complurium quidem philoſophorum & medicorum atque mathematicorũ ſcriptis illa fortaßis abundauit: ſed ſi in contẽtionem veniat, vtri anteponẽdi ſint, illíne, an Theologiæ ſcriptores, quibus illa omnibus præter Biblia caruit, hæc autẽ innumerabilibus qui de religione noſtra ſcripſerunt, affluit, nõ eſt obſcurũ vtros anteponere debeamus. In ea autem ſunt cum eius generis Græci innumerabiles, qui nondum prolati ſunt in lucem, tum Euſebij Cæſarienſis hiſtoria Eccleſiaſtica, de præparatione & demonſtratione Euangelica libri, Sozomeníſque & Socratis atque Euagrij ac Theodoriti hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Syneſiúſque ac Philo, & Iuſtinus philoſophus ac martyr, qui editi ſunt: quorum alij alios iam ad noſtrorum cognitionem tranſtulerũt. Ego autem Iuſtini opera quæ ex illa abhinc triennium prodierunt, nec opinatò omnia conuerti, quòd iam ab aliis tanto temporis interuallo conuerſa exiſtimarem. Quod quidem ab illis non factum eſſe vehementer gaudeo, non quòd id à me accuratius & melius præſtitũ eſſe, quàm ab ipſis potuiſſet, putem, ſed quòd mihi declarandi teſtificandíque mei in te animi, atque adeò officij occaſionem ea in re datam intelligam, quam plurimum diligas, Theologiam dico, quæ vt te digniſsima eſt, eíque vitæ generi quod in altiſsimo dignitatis gradu ſequeris, maximo ornamento: ſic eius cognitionem tibi poſtea quàm ex humanitatis ſtudiis mirificos fructus Nicolao Beraldo eruditiſsimo eloquentiſsimóque præceptore vſus cepiſſes, non ſolùm iucundam & vtilem, ſed etiam neceſſariam per omne vitæ tempus eſſe duxiſti. Diuulgaui enim in tuo nomine eius librũ, quo dialogus ſiue ſermo quem cum Tryphone principe Iudæorum Epheſi habuit, continetur: quem cùm legeris, maximam te & voluptatem & vtilitatem ex eo percepiſſe ſenties. Neque enim diſputat ſolùm de iis omnibus quæ Iudæi nobis obiiciunt, ſed eorum etiam de Chriſto, legíſque veteris violatione, quam nobis obiiciunt, legis ac prophetarum teſtimoniis reprehendit refellítque ſententiam. Eum tu ſi tanquam meæ in te perpetuæ obſeruãtiæ teſtem, probatum ad alios venire patiare, equidem nec dubito, quin tuo patrocinio defenſus, gratior omnibus futurus ſit: & maiora tuo nomine facturum me eſſe promitto. Quod vt facias, te vehementer rogo. Vale Cardinalis humaniſsime. Lutetiæ Pariſiorum decimotertio Calend. Septembris. 1 5 5 4.

IOACHIMVS PERIONIVS BENEDI-ctinus Lectori S. P. D.

Qvia vniuerſa B. Iuſtini philoſophi & martyris opera à me conuerſa edidi, cùm nonnullos tantùm libros principio conuertere inſtituiſſem, mei officij eſſe duxi, te cur eum quem tenui in libris diſponendis ordinem ſeruandum putauerim, admonere. Sic igitur habeto, me Iuſtini ipſius verbis adductum primo loco ſermonem quem cum Tryphone in Iudæos habuit, locaſſe, ſecundo apologias duas pro Chriſtianis, tertio orationem quæ parænetica dicitur, & libellum de monarchia, quarto librum de Trinitate. Scribit enim principio libri huius, id eſt de Trinitate, quoniam ſatis multis Iudæos & Gentes refelliſſet, ſequi vt de recta confeſſione, eiuſdémque eſſentiæ Trinitate diſputet: quo in loco Iudæos primùm, deinde Gentes nominans, quodammodo nobis indicat ordinem librorum quem & tenuit ipſe cùm in vnum volumen concluſit hos libros, & ſeruari velit à poſteris. In Iudæos autem non ſcripſit alium, qui quidem extet, niſi ſermonem quem cum Tryphone habuit, vt videmus. Cæteros verò quos hunc ſequi dixi, ſcripſit in Gentes: ſolique illi extant, in quibus perpetua illos homines oratione reprehendit. De libris enim eius generis eum loqui exiſtimo, non de illis in quibus ponendis quæſtionibus & explicandis eorum refellit ſententiam. Itaque vt omnes in quibus perpetua oratione vſus eſt, ordine deinceps conſequerentur, diſtinguerentúrque ab aliis, eos quos dixi, epiſtolam ad Zenam & Serenum ſequi deinceps putaui oportere. Deinceps ſequuntur ij in quibus non perpetua oratione vſus eſt, quorum duo ſunt genera, vnum eorum quos in Gentes, & pro Chriſtianis: alterum eorũ quos in vnum hominem, nempe Ariſtotelem, ſcripſit. Qui multos attingunt, priore loco poſui: qui Ariſtotelem vnum, poſteriorem extremúmque omnium volui tenere. Atque hæc eſt de diſpoſitione horum librorum conſilij mei ratio: quam exponendam tibi cenſui, ne vel quæras cur eum ſeruauerim, vel mireris cur non eum ſecutus ſim, qui ſine vlla ratione, quemadmodum alio loco docui, in Græcis ſeruatus eſt. Quòd ſi fortè miraris quid ſit quamobrem hos libros in tot partes diuiſerim, non ad vnum miſerim vniuerſos, hoc velim tibi perſuadeas, me principiò ſingillatim nonnullos, vt quemque conuertiſſem, ita conſtituiſſe paginis breuioribus ad certos homines editos mittere: eóque mutato conſilio de quorundam ſententia, cùm iam vniuerſos antè quàm vllus editus eſſet conuertiſſem, fide atque promiſſo adductum, coactum eſſe libros diuulgare in eorum nomine, quibus eos iam dedicaturum me eſſe promiſeram. Vale.

BEATI IVSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS VITA, EX

eius libris à Ioachimo Perionio Benedictino collecta.

IVſtinus in vrbe Palæſtinæ cui nomẽ Neapolis Flauia fuit, Priſco Bacchío patre natus eſt. Is primùm poſteaquam ſtudiis humanitatis eruditus eſt, philoſophiæ ſtuduit: deinde Chriſtianorum diſciplinæ ſe addixit: poſtremò pro Chriſto mortem pertulit, de quibus ordine inſtitui dicere, vt qualis vir fuerit, id eſt, quem in iis ſe præſtiterit, intelligatur. Cùm ab initio ferè ætatis cuperet conferre, ſicuti ipſe ait, inter ſe diſciplinas philoſophorum, vt ego interpretor, primùm Stoico cuidam ſe erudiendum tradidit, vt Stoicorum decreta cognoſceret. Deinde cùm aliquantum temporis cum eo verſatus eſſet, poſteaquam nihil amplius ſibi vidit de Deo, cuius ſcientiam habere cuperet, ſuppetere, quòd neque Stoicus ille Dei ſcientiam haberet ipſe, neque neceſſariam hanc diſciplinam eſſe cenſeret: illo relicto ſe ad aliũ contulit, qui Peripateticus erat, acutum hominem, vt ſibi videbatur. Is cùm Iuſtinum primis diebus retinuiſſet ſecum, deinde mercedẽ ab eo exigere cœpit, quòd illa ipſius conſuetudo, vt dicebat, ei non futura eſſet inutilis. Iuſtinus autem illum ob eam cauſam paulò pòſt reliquit, cùm eum ne philoſophum quidem iudicaſſet. Stoicorum atque Peripateticorum his de cauſis repudiatis contemptíſque diſciplinis, cùm etiam tum eius animus præcipuum ac proprium philoſophiæ munus quódnam eſſet, audire cuperet, acceſsit ad Pythagoreum quendam clariſsimum hominem, magna ſapientiæ cognitione præditum: habitóque ſermone cum illo, quo ſe & illum audire velle, & cum ipſo cõſuetudine implicari dixit, Pythagoricus ex eo quærere cœpit, num Muſicæ Aſtrologiæque & Geometriæ operã dediſſet, aut cogniturúmne ſe eſſe ſperaret aliquid eorum quæ ad beatam vitam pertinerent, niſi iis antè eruditus eſſet, quæ eius animum à rebus ſub ſenſum cadentibus diſiungerent atque abducerent, eúmque rebus iis quæ animo atque ratione cernuntur, aptum præpararent, vt honeſtũ ipſum, ipſúmque bonum videret. Cúmque Iuſtinus eas ſe diſciplinas ignorare profeſſus eſſet, eum Pythagoricus ille dimiſit, cũ illas & laudaret multis verbis, & neceſſarias eſſe dixiſſet. Quod Iuſtinus primum acerbè, vt par erat, tulit, cũ ita ſe de ſpe deiici intelligeret: eóque magis, quòd illum aliquid ſcire ſibi perſuaderet. deinde conſiderans tempus quod illis in diſciplinis conſumpturus eſſet, nõ paſſus eſt ſe in longum tempus reiici. Itaque in hac animi diſtractione & dubitatione ei viſum eſt ad Platonicos venire, quòd & illi tum in magno erãt nomine ac gloria, & plurimum verſatus eſſet paulò antè in vrbe ſua cum docto homine qui Platonicis decretis antecelleret, magnúmque fructum ex eius vſu conſuetudinéque cepiſſet, maiorémque in dies progreſſum tum facere ſolitus eſſet. Is autem vehementer illum rerum corporis expertium intelligentia excitabat, formarúmque, quas illi *ἰδέας* vocant, cognitio animum ei erigebat, ſic vt ad breue tempus & ſapientẽ fore ſe, & inani ſpe ductum, Deum ſtatim viſurum eſſe ſperaret. hic enim Platonicæ philoſophiæ propoſitus eſt finis. Cùm ita animo cõſtitutus, tandem aliquando magna tranquillitate ocióque abundare ſtatuiſſet, hominúmque viam declinare, ſe in locum mari vicinum ac propinquum recepit. Ibi hominem quempiam nec opinatò offendit, qui illum diſputando eò tandem adduxit, vt contemptis philoſophis omnibus, quòd veram de animorum immortalitate ac de Deo ſententiam non pronunciaſſent, prophetarum libros legere vellet. Longa illa eorum fuit de animorum immortalitate, de bonorum præmiis, malorúmque ſuppliciis diſputatio: in qua illo quærente Iuſtinus ex Platonis ſententia quæ tum ipſi viderentur (neque enim vera ſunt decreta illa, ſed ex Chriſtianorum finibus exterminanda) reſpondit. Summa autem illa fuit, co-

gente

gente illo ſiue minutis interrogationibus, ſiue rationibus ac ſimilitudinibus, verū non eſſe viſum à philoſophis. Itaque cum Iuſtinus aſſentiretur, quæreretque quónam præceptore iam quiſquam vteretur, aut vnde adiuuari poſſet, ſi ne in philoſophis quidem verum inueniretur: extitiſſe reſpondit quoſdam olim iis omnibus qui philoſophi haberentur, antiquiores, beatos homines, iuſtos, ac Deo charos, qui diuino inſtinctu locuti eſſent, réſque eas vaticinati eſſent, quæ tum euenirent, quos eoſdem prophetas vocarent: eos ſolos verum & intellexiſſe, & hominibus enunciaſſe nullius metu deterritos, nec victos opinione, aut ductos gloria, ſed ea ſola prædixiſſe, quæ Spiritus ſancti pleni audiuiſſent atque vidiſſent. Libros eorum etiam extare: eíque qui eos euoluiſſet, maximum fructum eſſe propoſitum & principiorum & finis, & eorum quæ philoſophus tenere deberet cùm eis credidiſſet. neque enim eos demonſtratione, aut neceſſaria concluſione vſos eſſe tum in ſuis ſermonibus: quippe qui teſtes veritatis eſſent, digni quibus maior quàm omni demonſtrationi haberetur authoritas. Eorum autem orationi cogere aſſentiri primùm ac maximè ea quæ prædicta ab illis eueniſſent, & euenirent: deinde mirabilia inuſitatáque opera quæ efficerent, quæ eadem ſpiritus erroris & impuri pleni falſi prophetæ & vates nec perfeciſſent nec perficerent, ſed tántū falſa quædam ad ſtuporem hominum & admirationem. Quocirca illum ita animo conſtitutum monebat vt in primis Deum precaretur, vt ſibi fores luminis aperirētur. Neque enim ea cerni intelligíve poſſe à quouis, ſed ab eo tantum, cui datum ſit Dei eiúſque Chriſti conceſſu ac munere. Quæ cum dixiſſet, aliáque præterea multa, eáque Iuſtinum ſequi iuſsiſſet, abiit: nec ab eo poſtea viſus eſt. Tum verò illo eius ſermone Iuſtinus repentè in animo ſuo igmem (tantum ſanctæ cohortationes præclaríque ſermones valent) excitari ſenſit tantum, eum vt iam tum prophetarum virorúmque illorū quos Chriſtus charos haberet, deſiderium teneret. Cúmque eius verba ſecum ipſe in animo repeteret, hanc vnam philoſophiam tutam & vtilem reperiebat. Sic ergo, vt ipſe ait, ex his philoſophus extitit. Idem quàm mox poſtea ſalutari vitalíque aqua expiatus fuerit, nō potui inuenire. Hoc etiam quod dicturus ſum, vtrum ante ſuperiorem diſputationem, ánne poſt eandem euenerit, conſideremus. Scribit enim in priore apologia, ſe, qui Platonis decretis delectaretur, cum in crimen vocari Chriſtianos audiret, & tamen nullo mortis metu, eorúmque omnium quæ terribilia habentur, affici eos cerneret, hoc cogitare ſolitum, fieri non poſſe vt ipſi in vitio & voluptatum cupiditate verſarentur. Mihi quidem videtur id eueniſſe ante illam diſputationem, quòd ex illa non ſolum cæteros philoſophos, ſed Platonem quoque contempſiſſe videatur. Vtcunque res habeat, eum intelligimus ex ſcriptis ſuis, poſteaquam in Chriſti diſciplinam ſe ſemel tradidit, Chriſtianæ religionis ac diſciplinæ acerrimum defenſorē extitiſſe, atque ab ea defendenda nec minis nec ſuppliciis vllis, nec denique morte deterreri abducíque potuiſſe. Hoc declarant eius libri, quorum in aliis Iudæos atque Gentes, id eſt diſciplinæ noſtræ hoſtes, illos veteris legis quam vnam probabant teſtimoniis, has philoſophorum atque poetarum & Sibyllarum quibus plurimum tribuebant ſententiis refellit & coarguit: in aliis Chriſtianos eorúmq; religionem apud Antoninum Pium imperatorem, eiúſque liberos Verum atque Lucium & Senatum Romanum defendit, magna dicendi & libertate & copia. nec verò in hoc tam reprehendendi defendendíve ſtudium ſequebatur, quàm illos ab ingrata Deo vita & diſciplina ad gratam deducendi voluntatem: quorum ſuperius illud ita perfecit, vt non alius plenius & aptius perfeciſſe videatur: poſterius autem num ſuos exitus in multis aut nonnullis habuerit, id eſt, num aliquos ad Chriſti religionem deduxerit, ignoro. Hoc quidem certè poſſum dicere, quod ipſe ait, Tryphonem Iudæum ab ipſo poſt eum ſermonem quem cum illo aduerſus Iudæos habuerit, maxima ex illo percepta voluptate, ita animo conſtitutum diſceſsiſſe, vt ſe ac ſodales, ſi ſæpius vnà diſputare liceret, maiorem vtilitatem fructúmque percepturos fateretur. Hoc etiam veriſimile eſt, Antoninum Pium eiuſdē orationibus quas pro noſtris dixit & ſcripſit, adductum, ſcripſiſſe ad Aſianos epiſtolam pro Chriſtianis, cùm id petebat, vt de Chriſtianis ita quæreretur, vt ſi qui maleficij cōuincerentur, pœnas luerent: ſi non cōuincerentur, non punirentur hoc vno, quòd appellarentur Chri-

In Tryph. pag. vis.

ſtiani,ab eo quaſi Iuſtinus perſuaſiſſet illa epiſtola ſcriptum eſſe videamus.Scripſit autem libros multos,quorum conuertimus hos qui ad nos peruenerunt, ſermonẽ quem aduerſus Iudæos cum Tryphone habuit: apologias duas pro Chriſtianis apud Antoninum Pium,eiúſq; ſucceſſores, & Senatum Romanum:orationem parænecticam ſiue monitionem ad Gentes, libellum de Monarchia, expoſitionem fidei de recta confeſſione,ſiue de ſancta eiuſdémque eſſentiæ trinitate: epiſtolam ad Zenam & Serenum: quæſtiones quinque à Chriſtianis Gentibus poſitas, Gentiúmque ad eas reſponſiones,& earum refutationes:quæſtiones Gentium Chriſtianis poſitas de eo quod incorporeum eſt,de Deo,& reſurrectione,Chriſtianorúmque ad eas reſponſiones:Explicationes ſiue reſponſiones ad Chriſtianos de quibuſdã neceſſariis quæſtionibus, (quanquam hic liber alterius videtur eſſe,quoniam Irenæi & Origenis mentionem facit) & refutationes quorundam Ariſtotelis Decretorum. Alios eius libros Euſebius, & poſt eum Hieronymus, Photius atque Suidas enumerant, qui ad nos non venerunt: veluti Elenchum,quem librum Euſebius & Photius quartum eorum quos in Gẽtes ſcripſit, nominant:tertium verò eum qui non extat,in quo de dæmonũ natura diſputat:alium etiam de monarchia Dei, qui non videtur is eſſe qui extat, quemadmodum alio loco docui. alium quoque quem Pſalten inſcripſit: alium præterea quẽ ſcripſit de Animo, vt illi dicunt. Ipſe autem in ſecunda apologia pro Chriſtianis librum in omnes hæreſes ſe ſcripſiſſe dicit: qui etiam ad nos non venit. Vſus eſt vehementi genere dicendi, quod ad philoſophorum quàm ad oratorum ſtylum propius accedit. ſed interdũ obſcura eſt illius oratio. nunc de eius morte aliquid dicendum eſt. Cùm in omne genus hominum qui à noſtra & vita & diſciplina abhorrent,acerbum ſe pręſtitit, tum in philoſophos maximè, quòd (vt mihi videtur) non ſolùm ipſi religionis noſtræ hoſtes & vita & profeſsione eſſent, ſed etiam quòd & alios exemplo ſuo ac doctrina in contraria confirmarent,& ad eam noſtros,quantum in ipſis eſſet, deducerẽt. In iis Creſcentem quendam & vita & diſciplina Cynicum, qui in noſtros falſum pro teſtimonio diceret,delegiſſe videtur,in quem acerbitatis ſuæ aculeos maximè emitteret.Nam & ſæpe cum eo de rebus decretíſque religionis noſtrę diſputauit:& cùm imperitum eum in rebus quæ philoſophorum ſunt propriæ, in diſputationibus cõperiſſet, nec tamen deſineret,eius vitam atque mores apud Antoninum Pium publicè culpauit,eúmque imperitum ſe diſputando oſtendiſſe dixit.quod verum eſſe,ex eo credere debemus, quia ſe paratum eſſe tum confirmauit de iiſdem rebus in conſpectu illorum diſputare, niſi & ipſius interrogationes,& Creſcentis reſponſiones,ad eos perlatæ eſſent. Auxit hoc veterem Creſcentis inuidiã,qua Iuſtinus æmulus flagrabat.Itaque ex eo die nunquam eius animus antè cõquieſcere potuit, quàm eius ſanguine & morte ira ſatiaretur: quẽadmodum Tatianus Iuſtini diſcipulus in libro quem in Gentes ſcripſit,teſtatur.Is quidem liber extat,nondum editus.Eum enim habet amicus quidã,à quo vtendum,ſicuti pollicitus erat,accepiſſem,niſi tũ cùm hæc ſcriberem,ab vrbe abfuiſſet.nec verò mors Iuſtinum fefellit.In ea enim apologia quã dixi,quaſi eam diuinaret, ſe expectare profeſſus eſt, dum ab aliquo eorum qui erant in nomine ac gloria, aut etiam à Creſcẽte, ipſe dedita opera in crucem ageretur.

BEATI IVSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS VITA, *ex S. Photij libro, qui Myriobiblos inſcribitur.*

LEcta eſt Iuſtini martyris apologia pro Chriſtianis,& in Gentes,& in Iudæos libri,& præterea alius eius liber,quo primum & ſecundum librum Ariſtotelis de Natura refellit, ſiue formã & materiem ac priuationem labefactat, in eóque magna vi & copia argumentorum vtitur:éſtque is liber vtilis. Labefactat etiam quintam naturam ſiue elementum æternúmque motũ, quam Ariſtoteles vim rationum ibi peperit. Eſt etiam eius liber de explicationibus quæſtionum quæ contra religionem ponuntur. Excelluit autẽ ſumma laude philoſophię & noſtræ, & maximè externæ,id eſt,à noſtra abhorrentis: multarúmque rerum atque hiſtoriæ cognitione floruit. Dicendi verò artibus ei ſtudio non fuit inſitam ſibi philoſophiæ pulchritudinẽ quaſi inficere.Itaque eius ſermo & oratio quæ alio genere valet,vímque ſcientiæ & artis retinet,non redolet rhetorum oratorúmque ſuauitatem, nec illecebris oblectationéque multos auditores allicit. Quatuor autem libros in Gentes ſcripſit,quorum primum Antonino cognomine Pio,eiúſque liberis, ac Senatui tradidit,ſecundum eius etiam ſucceſſoribus.In tertio de natura dæmonum diſſeruit. Quartus quem ſimili modo in Gentes ſcripſit, elenchi præfert inſcriptionẽ. Eſt etiam eius liber de monarchia Dei,& alius qui Pſaltes inſcribitur.Sunt etiam eius in Marcionem libri neceſſarij,& in omnes hæreſes liber vtilis. Is quidem Bacchío patre natus eſt:patriam autem habuit Neapolin Palæſtinæ prouinciæ vrbem. Romæ autem habitauit, philoſophans & verbis & vita & habitu. Cúmque in eo religionis in Deum amor incaleſceret ac vigeret, habuit Creſcentem quendam diſciplinæ eorum qui Cynici dicuntur,& vita & religione aduerſarium : à quo etiam circunuentus pro ſuſceptæ vitæ dignitate, etiam inſidias in ſe præparauit. martyrij enim hoc argumento inſtituto, cum dignitate & lętus mortem pro Chriſto pertulit.

DE EODEM EX HISTORIA ECCLEſiaſtica *Euſebij Pamphili.*

HYgino poſt quartum pontificatus annum mortuo, Pius Romæ muneri præficitur, Alexandriæ autem Marcus paſtor declaratur, cum Eumenes tredecim annos expleuiſſet: Marcóque ad annos decem functo munere, Celadion Alexandrinæ eccleſiæ munus adipiſcitur. In vrbe autem Roma cùm Pius quintodecimo pontificatus anno migraſſet à vita, Anicetus iis qui illic erant præficitur:quo pontifice Egeſippus Romam ſe veniſſe commemorat, ibíque commoratum eſſe vſque ad Eleutherium pontificem.Horum verò temporibus maximè floruit Iuſtinus,in philoſophi habitu diuinum verbum excolens: omnémque operam in ſcribendis libris pro fide conſumebat. Is ſcripto etiam in Marcionẽ libro, narrat virum illum ex vita cœptum eſſe cognoſci tum cùm librum illũ ſcriberet. Scribit enim his verbis,Marcionem etiam quendam Ponticum, qui etiam nunc docet eos qui credunt, alium quendam deum, eo qui hæc omnia effecit, maiorem eſſe credere, idémque procurauit dæmonum inſtinctu, vt in omni hominum genere & natione

multæ contumeliæ conuiciáque iacerentur, deúſque huius vniuerſitatis opifex nega-
retur, aſſereretúrque alius quidam, qui vt maior eſt, ſic maiora quàm ille, ipſe fecerit.
Omnes quidem qui ab his prodierunt, Chriſtiani, vt dixi, nuncupantur: quemadmo-
dum etiam philoſophi, cum eorum non ſint de eodem decreta communia, commune
philoſophiæ nomen quod vocatur obtinent. Subiicit autem hæc paulò infrà: Eſt au-
tem liber etiam à nobis in omnes hæreſes & ſectas quæ adhuc extiterunt, ſcriptus:
quem ſi legere vultis, dabimus. Idem verò Iuſtinus cum in Gentes ſatis multa ſcripſiſ
ſet, alias etiã orationes noſtræ religionis defenſionem continentes apud Antoninum
cognomine Pium, imperatorem, Senatúmque Romanum dixit. Romæ enim habita-
bat. Exponit autem quis ipſe & vnde eſſet, in defenſione, his verbis: Apud Titum Ae-
lium Adrianum Antoninum Pium, Auguſtum Cæſarem imperatorem, veriſsimúm-
que filium philoſophum, & Lucium philoſophum, Cæſaris natura, Piíque adoptione
filium, ſtudioſum bonarum literarum, & ſacroſanctum Senatum populúmque Roma-
num, pro iis quos omne hominum genus odit & calumniatur, Iuſtinus Priſci Bacchij
filius, qui Flauiæ Neapolis Syriæ Palæſtinæ ciuis ſum, & vnus ex iis, eorum cauſa ver-
ba facit. Et paulò infrà: In his etiam Iuſtinus, is cuius paulò ſuprà à nobis facta eſt men
tio, cum alterum pro decretis noſtris religionéque noſtra librum principibus quos di
xi, porrexiſſet, diuino martyrio ornatur & decoratur, Creſcentis philoſophi (hic au-
tem cum Cynicus appellaretur, & vita & moribus illum qui veri philoſophi nomen
habebat, æmulabatur) inſidiis. Nam cùm plerunque eum in ſermonibus in cœtu audi-
torum correxiſſet, veritas quam profitebatur, præmium per martyrium ſuum conſe-
cutus eſt: id quod etiam ipſe, qui re ipſa philoſophum ſe maximè præſtitit, in ea quam
dixi defenſione, ita apertè quaſi id ei euenturum eſſet, occupans, declarat his verbis:
Quamobrem ego quoque ſpero fore, vt aliquis eorum qui ſunt in nomine & gloria,
me inſidiis appetitum cruci ſuffigat, aut etiam Creſcens, non philoſophus, ſed vanita-
tis oſtentationíſque ſtudioſus. neque enim dignus eſt philoſophi nomine, qui quidem
ea quæ ignoret, palàm & publicè teſtetur, & Deum eſſe negare Chriſtianos, & eos im
pios ac ſceleſtos eſſe: id quod ad gratiam voluptatémque multorum qui in errore ver-
ſantur, facit. Si enim in Chriſti diſciplina verſatus non eſt, & in nos incurrit, planè im
probus eſt, multóq; idiotis deterior, qui ſæpe prouident, ne de iis quę neſciunt loquan-
tur, falſúmq; pro teſtimonio dicant. Sin verſatus eſt, aut eius excellentiã nõ intelligit,
aut ſi intelligit, ſed ne Chriſtianus eſſe videatur, hæc facit, is profectò multò ignobi-
lior & deterior eſt, quē idiotæ & rationis aliena opinione & cautione longè ſuperent.
Hoc enim vobis velim perſuadeatis, me ponendis quibuſdam huius generis quæſtio-
nibus comperiſſe atque conuiciſſe nullam prorſus ineſſe in eo cognitionem & ſcien-
tiam. Me autem verum dicere, hoc argumento eſt, quòd niſi ſermo qui inter nos eſt ha
bitus, ad vos perlatus ſit, paratus ſum etiam iterum apud vos de iiſdem rebus diſputa-
re. Quæ quidem res planè erit digna regibus. Sin autem vobis & meę interrogationes
notæ ſunt, & illius reſponſiones, eum nihil ſcire penitus intelligitis: aut ſi etiã ſcit, ſed
propter eos qui audiunt, non audet profiteri, Socratis imitatione: non ſapientiæ, vt ſu-
prà dixi, ſed gloriæ ſtudioſus eſſe oſtenditur, qui ne Socraticum quidem illud quod a-
more dignum eſt, aliquo loco habeat. Atque hæc quidē Iuſtinus. Eum autem, quem-
admodum prædixerat, Creſcentis inſidiis appetitum & circunuentum, morte occu-
buiſſe, Tatianus vir qui primum vitæ ſuæ tempus in Gentium diſciplinis conſumpſit,
nec paruam exiguámque ex iis gloriam conſecutus eſt, mandatis plurimis literarum
monimentis, in libro quem in Gentes ſcripſit, narrat his verbis: Iuſtinus quoque vir
clariſsimus, maximéque admirabilis, rectè eos quos dixi, latronibus comparauit. De-
inde cum nonnulla de philoſophis diſſeruit, tandem ita perorat: Creſcens igitur qui
quaſi nidum in magna vrbe conſtruxerat, omnes fœdo puerorum amore vicerat, aua-
ritia verò omnibus erat par & ſimilis. Cúmque mortem contemnendam eſſe cenſe-
ret, ſic ipſe mortem timuit, vt hoc egerit, vt Iuſtinus morti tanquam magno malo ob-
iiceretur, quòd philoſophos, veritatem prædicans, voluptatis impoſturæque coargue-
ret & conuinceret. Atque in Iuſtino quidem martyrium huiuſmodi cauſam habuit.

Idem

Idem verò ante martyrium ſuum, aliorū qui ante ipſum martyrij corona donati ſunt, in priore defenſione mentionem facit, quæ eius propoſitio valde ad rem pertinet. Scribit autem his ferè verbis: Mulier quædam viro qui libidini deditus erat, nupſerat. Ea, quæ antea libidinoſe viuebat, poſtea quàm Chriſti præcepta & diſciplinam cognitam habuit, ſe ad meliorem frugem mentémque conuertit: viróq; vt idem faceret, ſuadere conabatur, præceptis proferendis proponendáque pœna quæ in æterno igne maneret eos qui non caſtè ac pudicè, nec ex recta ratione degerent. Ille autem, qui in eadem libidine perſtaret, factis ſuis vxorem à ſe abalienabat. nefas enim & impium rata mulier deinceps cum viro habitare, qui contra ius naturæ viam libidini ac voluptati omni ex parte patefacere ſtuderet, à coniugio diſiungi ſecerníque conſtituit. Cúmque ab eo propoſito abduceretur à ſuis, qui ei etiam manendū ſuaderent, quòd ſpes erat, fore vt aliquando vir eius vitam moreſque mutaret, vim ſibi inferēs inuita manſit. Poſtea verò quàm vir Alexandriam profectus grauiora & indigniora ſcelera admittere renunciatus eſſet: ne ſocia & particeps eius ſcelerum flagitiorúmque fieret ſi in coniugio maneret, victúque communi vteretur, & in eodē lecto cubaret, dato eo qui apud nos libellus repudij diuortiíque dicitur, ſe ab eo ſecreuit. Præclarus autē eius vir, qui lętari deberet, mulierem, quæ libenter iam pridem cum ſeruis ac conductis operis, ebrietate omníque ſcelere ſe oblectans feciſſet, ea quidem facere deſtitiſſe, eandémque ipſum ab eis abſtinere voluiſſe, cùm ipſe nollet, ſe à coniugij iure ac fœdere diſtraxiſſe: eam in crimen vocauit, & accuſauit quòd eſſet Chriſtiana. Ac illa quidem libellum tibi, Imperator, attulit, petens vt ſibi rebus ſuis conſulere liceret: deinde obiecto crimini, cùm rebus ſuis conſuluiſſet, reſponſuram ſe eſſe promiſit, ídque conceſſiſti. Tum verò ille, qui aliquando vir eius fuerat, cùm iam nihil in præſens in eam poſſet dicere, in Ptolemæum quēdam, in quem Vrbicius animaduertit, quémque illa præceptorem in Chriſti diſciplina habuerat, impetum fecit hoc modo. Centurioni qui Ptolemæum in vincula coniecerat, & quem amicum habebat, perſuaſit vt ex Ptolemęo hoc vnū quęreret, num eſſet Chriſtianus. Ptolemæum veritatis ſtudioſum, non fraudulentum aut mendacem, cùm Chriſtianum ſe eſſe profeſſus eſſet, in vinculis Centurio eſſe voluit, eúmque in carcere diuturna pœna afflixit. Ad vltimum cùm in Vrbicij conſpectum productus ſimili modo vnum hoc rogaretur, num Chriſtianus eſſet, rurſum ſibi recti virtutíſque ex Chriſti doctrina conſcius, diuinæ virtutis diſciplinā confeſſus eſt. Qui enim ſe non eſſe negat, is aut condemnatus rem negat, aut certè re indignum ſe & ab ea alienum ſciens, vitat confeſſionem. quorum neutrum in verum Chriſtianum cadit. Cúmque eum ad ſupplicium Vrbicius rapi iuſſiſſet, Lucius quidam qui etiam Chriſtianus erat, cùm ita contra ius & æquitatem iudicium fieri videret, his verbis cum Vrbicio egit: Quæ (malum) ratio te eò inſaniæ adegit, vt hunc, quem nec adulterij, nec ſtupri, nec cædis, nec furti, nec rapinæ, nec denique vllius ſceleris crimine conuictum haberes, ſed Chriſtiani tantùm nominis appellationem confitentem, pœna capitis affeceris? non iudicas Vrbici ex Pii imperatoris, nec filii Cæſaris qui eſt Philoſophus, nec Senatus dignitate. Ille Lucio, qui nihil aliud dixerat, Mihi, inquit, tu quoque videris eſſe eiuſmodi. qui cùm, Maximè, reſpondiſſet. eum etiam ad mortem rapi iuſſit, gratiam ei ſe habere profitentem, quòd ſe ab improbis talibus dominis liberatum eſſe ſciret, & ad parentem regémque cælorum proficiſci. Tertius etiam cùm acceſſiſſet, morte mulctatus eſt. Paulò infrà deinceps Iuſtinus verba quæ paulò antè protuli, ſubiicit: Quapropter ego quoque ſpero fore, vt ab aliquo eorū qui nominati ſunt: & quæ ſequuntur. Hic autem permulta nobis eruditi inſtitutíque animi monimenta ſcriptáque reliquit, quibus ſumma vtilitas continetur: ad quæ ſtudioſos diſcendi remittemus, cùm ea quæ ad nos venerunt, vtilitatis cauſa deſignauerimus. Eſt quidem eius oratio ad Antoninum Pium, eiúſque liberos, & in Senatu dicta pro noſtra religione & diſciplina. Alteram autem quæ fidei religioníſque noſtrę defenſionem continet, habita eſt apud imperatoris quem modò dixi ſucceſſorem, eiuſdem nominis Antoninū Verum: cuius quæ geſta ſunt temporibus adhuc expoſuimus. Tertius eſt etiam eius liber in Gentes ſcriptus, in quo poſteaquam longo ſermone de multis quæ apud nos philoſo-

phóſque Gentium quæruntur,diſputauit,de natura dæmonum diſſerit,quæ nunc non eſt neceſſe proferre. Alius quoque eius liber ad nos peruenit,quem elenchon,id eſt,refutationem inſcripſit. Præterea alius de monarchia Dei, quam non ſolùm ſcripturis noſtris,ſed etiam ex Gentium libris confirmat & conſtituit. In his etiam alius qui Pſaltes inſcriptus eſt, & alius de Animo inſtar commentarioli, in quo propoſitis diuerſis quæſtionibus de eo quod in inſtitutam diſputationem veniebat, Gentilium philoſophorum opiniones ſententiáſque affert, quibus ſe & contradicturum eſſe, & ſuam ipſius ſententiam in alio libro expoſiturum pollicetur. Dialogum quoque in Iudæos ſcripſit,quem Epheſi cum Tryphone,qui tum erat Iudæorum facilè princeps, habuit. In eo,quemadmodum ipſum diuina gratia ad fidei rationem conuerterit, docet, quódq; ſtudium antea in philoſophorum diſciplinas contuliſſet,& quanta animi contentione exquiſiſſet veritatem. In eodem etiam narrat Iudæos Chriſti diſciplinæ doctrinæque inſidias paraſſe: eáque ipſa Tryphoni exponit his verbis: Non ſolùm autem vos nō pœnituit eorum malorum quæ geſsiſtis, ſed viros etiam tum delectos Hieroſolymis in vniuerſum orbem miſiſtis,qui ſectam Chriſtianorum qui ſine Deo ſint,ortam eſſe nunciarent,eáque de nobis conuicia in vulgus ſpargerent, quæ qui nos ignorant, omnes in nos faciunt. Ita non ſolùm vobis ipſi ſceleris authores eſtis, ſed eius etiam ſemen & cauſam cæteris mortalibus omnibus dediſtis. Scribit etiam ad ſua vſque tempora prophetiæ munera effulſiſſe in eccleſia. Apocalypſeos Ioannis ita mētionem facit,vt eam planè apoſtoli eſſe dicat. profert etiam quædam dicta prophetarum, Tryphonem ita coarguens, quaſi Iudæi ea ex ſcriptura detraxerint. permulta quoque alia eius à multis fratribus feruntur ſcripta: eiúſque libri tanto ſtudio & authoritate etiam antiquis digni videbantur, vt Irenæus eius verba proferat, partim in quarto in hæreſes libro, hæc ipſa, Rectéque Iuſtinus in libro quem in Marcionem ſcripſit, ſe Domino ipſi ne crediturum quidem fuiſſe,ſi alium deum præter mundi opificem nunciaret: partim in quinto eius rei libro,hæc: Præclarè etiam Iuſtinus dixit, Satanam ante Domini aduentum nunquam auſum eſſe maledicta in Deum iacere,quippe qui nondum condemnationem ſui exploratam habuiſſet. Atque hæc neceſſariò dicta ſunt hortandorum ſtudioſorum diſcendi cauſa,vt huius etiam libros obſeruent & colant.

INDEX LIBRORVM QVI IN HOC *volumine continentur.*

Dialogus, ſiue ſermo Iuſtini quem habuit Epheſi cum Tryphone Iudæo aduerſus Iudæos.

Apologia prima pro Chriſtianis apud Senatum Romanum.

Apologia ſecunda pro Chriſtianis apud Antoninum pium Imperatorem.

Oratio parænetica ad Gentes.

De Monarchia.

Expoſitio fidei de recta confeſsione, aut de ſancta vniuſq; eſſentiæ Trinitate.

Epiſtola ad Zenam & Seuerum.

Interrogationes ſiue quæſtiones poſitæ Gentibus, & Gentium ad eas reſponſiones, earumq; reſponſionum refutationes.

Interrogationes ſiue quæſtiones Gentium poſitæ Chriſtianis de eo quod incorporeum eſt, & de Deo, ac de mortuorum reſurrectione, & ad eas Chriſtianorum reſponſiones.

Reſponſiones ad orthodoxos de neceſſariis quæſtionibus.

Refutatio ſiue euerſio quorũdam Ariſtotelis dogmatum ſiue decretorum.

Ioachimo Perionio Benedictino Cormæriaceno interprete.

A

SANCTI IVSTINI PHILOSOPHI, ET MARTYRIS DIALOGVS, ID EST DISPVTATIO SIVE ſermo, quē habuit cum Tryphône Iudæo, ad Marcũ Pompeium: Ioachimo Perïonio Benedictino Cormœriaceno interprete.

AMBVLANTI mihi manè in Xyſti ſpacijs, quidam
B cùm factus eſſet obuiàm vnà cum aliis, Salue Philoſophe,
inquit: quod ſimulatque dixiſſet, conuerſo ore mecum
ambulabat: ora etiam cum eo illius amici conuerterunt.
Ego quoq; cùm eum viciſsim ſalutaſſem, Quid tu, inquã,
potiſsimùm? ille, Argis, inquit, à Corintho Socratico di-
dici non eſſe contemnendos, aut negligendos eos, qui iſto habitu & or-
natu amicti eſſent: ſed comiter recipiendos, atque in colloquium admit-
tendos, ſi quem fructum ex conſuetudine & colloquio vel ego, vel ille ip-
ſe capere poſſemus. Vtrique autem bono eſt, ſi quid vtilitatis etiam alter-
uter perceperit. Itaque cùm quempiam iſto ornatu video, libenter ad eum
venire ſoleo: ob eámque rē te modò libenter ſalutaui, atque hi me comita-
C ti ſunt, quòd etiam ipſi aliquid quod vſui eſſet, ex te audire poſſe ſperarēt.
Sed tu quis es, inquam, optime vir? ſic iocans cum eo. Ille autem & nomen
mihi, & genus planè expoſuit. Tryphon, inquit, vocor: ſum verò Hebræus
ex circunciſione, qui ex bello quod modò geſtum eſt euaſi, & in Græcia
& Corinthi ferè viuo. Ecquid, inquam, ex philoſophia tantum fructus &
vtilitatis, quantum ex latore legis ac Prophetis capere potes? Quid ni? in-
quit. an nō philoſophi de Deo in omni ſermone ſuo diſſerunt? ac de mo-
narchia prouidentiáq; ſemper diſputant? aut philoſophiæ non hoc officiũ
eſt, de diuinitate quærere? Certè, inquam: in hac etiam nos ſumus ſentētia,
D ſed plurimis ne hoc quidem curę eſt, vnúſne, an etiam plures Dij ſint, ne-
que vtrùm vnicuique noſtrum, nécne conſulant, quaſi hæc cognitio nihil
ad beatam vitam pertineat. Quinetiam nobis perſuadere conantur, Deum,
totum ipſáque genera rerum & formas curare, me verò atque te, réſque
ſingulas non item. Alióqui eum interdiu noctúque minimè precaremur.
Hæc autem eorum ſententia & oratio quò ſpectet, non eſt difficile co-
gnoſcere. Impunitas enim & licentia, eos qui in hac ſententia ſunt, con-
ſequitur & faciendi & dicendi quæ velint omnia, qui nec ſupplicia me-
tuant, nec beneficium vllum à Deo expectent. Quo enim modo poſsint,
qui hæc æterna eſſe dicant, méque ac te rurſus eodem modo victuros eſſe,
E cùm intereà nec meliores geniti fuerimus, nec deteriores? Alij verò non-
nulli, cùm animum immortalem & corporis expertem eſſe poſuerunt, nec
cùm mali aliquid aut ſceleris admiſerint, pœnas daturos ſe exiſtimant, (pa-
ti enim non poſſe id quod incorporeũ eſt) nec ſi ipſe immortalis ſit, quic-

quam à Deo prętereа deſyderāt.Ille autem cùm callidè ſubriſiſſet, Tu verò, A inquit, de his quid ſentias, & quæ tua ſit de Deo ſententia, quæq; tua philoſophia,fac exponas.Ego tibi, inquam, dicā quid ſentiā. Eſt enim profectò philoſophia maxima poſſeſsio, quæq; à Deo maximi fit, eáque vna ad illum nos ducit, & ei commendat: ſanctíque ſunt verè, & pij ij demum, qui ad philoſophiam animum ſuum penitus applicauerunt. Quid autem philoſophia ſit, & quamobrem ad homines demiſſa ſit,plerique ignorant. Neque enim Platonici, neque Stoici, neque Peripatetici, neque Theoretici,nec Pythagorei,ſi hęc vna ars & ſcientia fuiſſet,extitiſſent.Cur autem in multa capita & partes diuiſa ſit, libet dicere. Iis quidem,qui eam primi tractauerunt, ob eamque cauſam in magno honore fuerunt & gloria, ſucceſſerunt alij poſteà,qui cùm verum non exquiſiſſent,ſed ſolam eorum cōſtantiam & continentiam, peregrináque & noua verba eſſent admirati, B ea demū vera cenſuerunt,quæ quiſque à pręceptore didiciſſet.Deinde cùm ij etiam qui eos conſecuti ſunt, quædam eiuſmodi traderent, aliáque eiuſdem generis,factum eſt,vt eo nomine appellata ſit,quo ſermonis parēs vocabatur.Ego verò,qui ab initio ætatis cupiditate conferendi ducerer, Stoico cuidam me ipſe tradidi: atque cùm aliquantum temporis cum eo verſatus eſſem,poſtea quàm nihil amplius mihi de Deo ſuppetebat,(nam neque ille ipſe ſciebat, neque hanc diſciplinā neceſſariam eſſe cenſebat) hoc relicto, ad alium me contuli,qui Peripateticus erat,acutum hominem ſuo iudicio. Is cùm primis diebus me retinuiſſet, deinde à me mercedem certā C exegit, quaſi conſuetudo illa eius mihi futura non eſſet inutilis. Eúmque ego ob eam cauſam reliqui, cùm ne philoſophum quidem eum duxiſſem. Cùm verò etiam tum animus meus philoſophiæ proprium & pręcipuum munus audire cuperet,acceſsi ad Pythagoreum quendam clariſsimum virū, magna ſapientiæ cognitione præditum: deinde habito cum eo ſermone, quòd eum audire,atque eius conſuetudine implicari vellem, Quid,inquit, muſicęne, aſtrologiæq;,& geometriæ operam dediſti? perſpecturum autem ſperas te eſſe aliquid eorum quæ ad beatam vitam pertinent, niſi ijs antè eruditus ſis,quæ animum tuum à rebus ſub ſenſum cadentibus diſiungant, & abducant:eúmq; rebus ijs quę animo ac ratione cernuntur, aptum præparent, vt honeſtum ipſum, & ipſum bonum cernat? multiſque verbis has D diſciplinas cùm laudaſſet, neceſſariáſque eſſe dixiſſet, me dimiſit,quòd me ignorare dixiſſem.Acerbè, vt par erat,me de ſpe deijci ferebam, eóque magis quòd eum aliquid ſcire intelligerem: conſyderánſque rurſus tempus quod in illis diſciplinis conſumpturus eſſem, non patiebar me in longum tempus reijci.In hac animi diſtractione atque dubitatione, mihi viſum eſt etiā ad Platonicos venire. Nam & hi tum in magno erant nomine & gloria: & cùm nuper in vrbē noſtram veniſſet doctus vir, qui Platonicis decretis antecelleret, plurimum cum eo verſabar, magnúmque fructum ex E eius vſu & conſuetudine capiebam,maioréque in dies progreſſum faciebā. Ac me quidem vehementer rerum corporis expertium intelligentia excitabat, formarúmque cognitio animum mihi erigebat, atque intra breue

tempus

A tempus ſapientem me fore ſperabam, inaníque ſpe ductum, Deum ſtatim
eſſe viſurum. Hic enim Platonicæ philoſophiæ propoſitus eſt finis. Cùm
ita animo conſtitutus, tandem aliquando magna tranquillitate ocióque a-
bundare ſtatuiſſem, hominúmque viam declinare, me in locum quendam
mari vicinum recipio. Iámque tantum viæ confeceram, vt loco illi appro-
pinquarem, quò ſi peruenirem, mecum ipſe futurus eram: cùm ſenex qui-
dam non contemnendus, comitatem, grauitatémque præ ſe ferens, paruo
interuallo me ſequitur. Conuerto in eum oculos, conſiſténſque acriùs in-
tuëor, cùm ille, Méne noſti, inquit? Cùm noſſe me negarem, Cur ergo, in-
quit, me ita aſpicis? Miror, inquam, te hîc mecum eſſe: neque enim vl-
B lũ hîc hominem viſurũ me eſſe ſperaui. Ille, Familiares quidã, inquit, & pro-
pinqui mihi curæ fuerũt: Ij quoniã abſunt, viſo ſi fortè alicũde exiſtãt. Tibi
verò, quid hîc rei eſt? Delector, inquã, his exercitationibus: liberè enim ſine
interpellatione mecũ ipſe diſſero (ne tu mihi in hoc quaſi aduerſere) ſuntq;
huius generis loca ſtudio verborũ aptiſsima. Verborũ ergo, inquit, ſtudio-
ſus es quidã, non rerum aut veritatis: nec das operã, vt ad res aptus ſis ma-
gis, quàm Sophiſtes. Quid, inquam, hoc melius quiſquã faciat, quàm do-
cere rationẽ omnium obtinere principatum, eáque adhibita, & in ea cùm
vehare ac ducare, cæterorum, qui nihil quod rectum ſit, Deóque charum
& gratum faciant, errorem eorúmque ſtudia intueri, & animaduertere?
C Nemini autem ſine philoſophia rectáque ratione, prudentia adeſſe vllo
modo poteſt. Itaque debent omnes homines in ſtudio ſapientiæ verſari,
ídque maximum clariſsimúmque opus ac munus ducere: cætera verò ſe-
cunda & tertia, quæ ſi cũ philoſophia coniuncta ſint, honeſta & approba-
tione digna: ſin ab ea ſeiuncta ſint, neque eadẽ eos qui illa tractant, conſe-
quatur, eadẽ importuna & ſordida habẽda ſunt. Philoſophia ergo, inquit il
le percõmodè reſpõdẽs, beatam vitã efficit. Maximè, inquã, & ſola. Quídnã
ſit philoſophia, inquit, quęq; eius beatitudo, niſi quid impedit, expone. Phi-
loſophia, inquam, eius quod eſt, ſcientia & veri cognitio eſt. Beata autem
vita, huius ſcientiæ ac ſapientiæ eſt pręmium. Deum verò quid vocas, in-
D quit? Quod in eodem ſimiliſque habitu ac ſtatu ſemper eſt, cęteríſque om-
nibus, cur ſint, cauſa eſt, id, inquam, eſt Deus. Hoc cùm reſpondiſſem, ille
audiens magnam animo cepit voluptatem, rurſúſque me rogauit, Scientia
noménne eſt, inquit, commune rerum diuerſarum ac diſsimilium? In arti-
bus enim omnibus is qui earum aliqua pręditus eſt, peritus dicitur: in ar-
te imperatoria, in arte gubernandi, in medicina eodem modo. In diuinis
& humanis non ita eſt? Scientia eſt quædam, quæ rerum humanarum di-
uinarúmque cognitionem parit: deinde horũ diuinitatis & iuſtitiæ agni-
tionẽ & notitiam? Certè, inquam. Quid ergo, inquit, idémne eſt, hominem
ſcire & Deum, quod muſicam, numerorum rationem, & aſtrologiam, aut
E aliquid eiuſdem generis? Minimè, inquam. Non igitur mihi, inquit, rectè
reſpondiſti. Aliæ enim nobis comparãtur diſciplina vel exercitatione: aliæ
ex aſpectu nobis ſcientiam cognitionémque pariunt. Si quis tibi dicat, na-
tura eſſe in India animal, non ſimile alijs omnibus, ſed tale, aut tale, multi-

a .ij. plex

plex ac varium, nunquam prius intellexeris aut videris, atque adeò ne rationẽ quidem naturámque eius vllam explicare poſsis, quàm eum, qui vidiſſet, audieris. Certè nõ, inquam. Quónam ergo pacto, inquit, de Deo rectè ſentire poſsint Philoſophi, aut verè aliquid dicere, qui nec eius notionẽ habeant, neque eum vnquam viderint, vel de eo audiuerint? Atqui Deus, inquam, non oculis ipſis, vt animantia, cerni poteſt: ſed ſola mente & ratione comprehenditur, vt & Platoni placet, & ego aſſentior. Eſt igitur, inquit, menti talis quædam, tantáque vis inſita, qua non celerius ſenſu per- **A**

ḁ aliàs, aut cepit: an Deum mens hominis non ſancto Spiritu ornata aliquando intuebitur? Ait enim Plato, inquam, mentis obtutum eſſe eiuſmodi, eóque nobis datum eſſe, vt ipſum illud quod eſt, ſyncero & integro illo ipſo poſsit cernere, quod omnium quæ animo cernuntur cauſa ſit, non colore, non forma, non magnitudine prçditum, neque vlla re earum, quas oculus videt: ſed quod ipſum per ſe aliquid eſt, & omniũ naturam & eſſentiã ſuperat, quod nec dici nec exprimi poteſt, ſed ſolum pulchrum & bonum eſt, ſtatímq; animis ingenuis innaſcitur propter cognationẽ & amorem, quem cernendi ſui excitat. Quæ tandem, inquit, nobis eſt cognatio? an etiam animus diuinus & immortalis eſt, atque illius ipſius regiæ mentis particula? vt autem illa Deum cernit, ſic nobis licet mente noſtra diuinitatem percipere, atque ex eo demum vitam beatam adipiſci? Certè, inquam. Omnes porrò animi, inquit, vtrum in omnibus animantibus continentur, an alius hominis eſt animus, alius equi & aſini? Non, inquam, ſed ijdem ſunt in omnibus. **B** **C**

Cauẽdum. Cernent ergo, inquit, & equi, & aſini Deum, aut aliquando viderunt. Minimè, inquam: Neque enim plerique homines, niſi ſi quis iuſtè vixerit, adeptúſque ſit iuſtitiam omnéſque cæteras virtutes. Num igitur, inquit, propter cognationem, Deum cernit: nec ſe mentem eſſe, ſed temperantem, atque iuſtũ? Certè, inquam, & quòd habet quo Deum intelligat. Quid? capræ & oues, inquit, num cui iniuriam faciunt? Vllam nemini, inquam. Videbúntne, inquit, ſententia & ratione tua hæc etiam animantia? Minimè: corpus enim quod eis eiuſmodi datũ eſt, impedit. Si vocem adipiſcantur hæc animalia, intelligis multo rectius illa corpus noſtrum vexatura eſſe maledictis. Sed nunc his prętermiſsis, tibi quæ dicis, concedantur. Illud autem exponas velim, num animus quandiu eſt in corporis cuſtodia, cernat, nécne. Cum quandiu, inquam, eſt in hominis ſpecie & figura, cernere mentis præſidio poteſt: tum vel maximè, cùm à corpore ſe auocat & abducit, íſque per ſe ac ſolus eſt, eo potitur, cuius ſemper cupiditate ducebatur. An etiam, inquit, cùm in homine fuerit, rurſum huius reminiſcitur? Non mihi, inquam, videtur. Quemnam ergo fructum capiunt ij animi qui viderunt, aut quid amplius is qui vidit eo qui non vidit habet, ſi ne hoc quidem, ſe vidiſſe recordatur? Non poſſum, inquam, dicere. **D**

Iis autem animis, inquit, qui hoc aſpectu & quaſi ſpectaculo indigni ſunt iudicati, quid euenit? In belluarum corporibus quibuſdam vinciuntur, inquam, eorúmque hoc ſupplicium eſt. Sciunt ergo, inquit, ſe eſſe ea de cauſa in eiuſmodi corporibus, & quòd peccauerint. Non puto, inquã. Ne hi quidem **E**

Platõis hoc loco ſententiam exponit.

A dem igitur,inquit,fructum vllum aut vtilitatem ex ſupplicio capiunt,vt videtur,quin ne eos quidem puniri pœnáſque pendere dixerim,niſi ſupplicio iuuentur.Minimè verò, inquam.Non igitur cernunt Deum animi,neq; in alia corpora transferuntur . Intelligerent enim hoc modo ſe pœnas luere, deterrerentúrque etiam quauis in re peccare in poſterum. Eos autem poſſe Deum eſſe intelligere, & iuſtitiam atque pietatem,& pręclarum eſt,inquit,& ego cócedo. Rectè ſentis,inquam.Nihil igitur,inquit,de his tradere poſſunt illi philoſophi:neque enim animus quid ſit,poſſunt dicere.Non videntur,inquam.Atqui ne immortalis quidē dicendus eſt,propterea quòd ſi immortalis eſt,profectò etiam ortus non eſt . Ortum autem non habuit, B & immortalis eſt, quorūdā qui Platonici appellantur,ſentētia.An etiā mūdum tu,inquit,ortu & origine carere cenſes? Sunt qui aſſerant, ſed ijs non aſſentior.In quo rectè mihi facere videre, inquā. Quæ enim ratio eſt, corpus adeò ſolidum, cui aliquid obſiſtat,quod concretum ſit, quod commutetur,intereat,oriatúrque quotidie,non ab initio quodam ortum eſſe ducere?Quòd ſi mundus generatus eſt,animi quoque orti ſint,neque alicubi temere ſint,neceſſe eſt. Hominum enim cauſa cætera quoquę animalia procreata ſunt, ſi modò per ſe omnino,ac non cum ſuis corporibus animos ipſos ortos eſſe dixeris.Sic,inquit, rectè habere videtur. Nō igitur ſunt immortales.Non, inquit,quandoquidem conſtitit inter nos,mundum quoq; eſſe generatum. Atqui nec interire omnes animos cēſeo.Platonicum malis *Platonicū:* C enim eſſet perfugium.Sed quid?Bonorum quidem animos in amœniore aliquo loco manere, malorum autem & improborum in triſtiore, in quo iudicij diem expectent.Ita ij animi qui Dei conſpectu digni ſunt,non iam intereunt: alij pœnas luunt,vbi eos & eſſe,& ſupplicio affici Deus iuſſerit. Id quod ais,éſtne tale,quale etiam Plato in Timæo obſcurè de mundo tradit, eum quidem quòd ortus ſit, vim occidendi habere,ſed minimè interiturū, nec mortis neceſsitatem ſubiturum diuina voluntate atque imperio: ídne, inquit,& de animo & de omnibus omnino dici tibi videtur?Quę enim in natura rerum Deum ſequuntur,aut futura ſunt aliquando,ea naturam interitui opportunam & obnoxiam habēt:eámque vim habent vt deleantur, D nec iā vllo modo ſint.Solus enim Deus nec generatus eſt, nec interire poteſt.cætera autem ſecundum eum, omnia & generata ſunt & intereunt. ob eámque cauſam & moriuntur animi,& afficiuntur ſupplicijs.alióqui ſi originem non haberent, nec peccarent ipſi, nec inconſideratè quicquam facerent,nec timidi eſſent,nec rurſus confidentes:quin ne in ſues, angues,& *Platonicū:* canes transferrentur.neque verò neceſsitate impelli poſſent,ſiquidem ortu carerent.Quod enim originem non habuit,ei quod originem non habuit, ſimile eſt,par atque idem:nec alterutrum alteri vi & honore anteponi poteſt.Hinc fit,vt nō multa ſint quę origine careāt.Si qua enim in eis diſsimi-E litudo ſit, nunquam tu quærendo,cauſam diſsimilitudinis inuenire poſsis: ſemperq; mente & ratione infinitè progrediens, tandē aliquando feſſus & defatigatus,in vno quod non ſit generatum, reſiſtes,ídque cæterorum omniū cauſam eſſe fatebere. Itáne verò, inquā, Plato & Pythagoras viri ſapientes

 pientes

pientes hæc ignorauerunt, qui quaſi murus nobis & pręſidiū philoſophiæ A
extiterunt? Nihil,inquit,de Platone & Pythagora laboro,nec de quoquam omnino, qui in hac eſt ſentētia: res enim ita habet, ídque hinc intelligere potes; Animus aut vita eſt, aut vitā habet. Si eſt vita, faciet vt aliquid aliud viuat, non vt ipſe: quemadmodū etiam motus alicui alij magis, quàm ſibi ipſe motum afferet. Animum autem viuere nemo repugnabit. Si viuit,nō viuit qua ex parte eſt vita, ſed vt vitæ particeps. Id autem quod alicuius eſt particeps, ab illo differt,quo participat. atqui animus,vitæ compos eſt, quandoquidem eum vult Deus viuere. Sic ergo aliquando etiam non erit eius particeps,cùm eum viuere Deus non volet.Neque enim ei per ſe vita, B
vt Deo, conuenit: ſed quemadmodum homo non ſemper eſt, ſic neque ſemper eſt coniunctū corpus cum animo: ſed cùm hæc coagmentatio diſſoluenda eſt,animus corpus deſerit,nec homo eſt. Sic etiam cùm animus iam nullus eſſe debet, vitalis ſpiritus ab eo ſeiungitur,nec iam eſt animus, ſed eò vnde ſumptus eſt, rurſus redit.Quonam igitur,inquam, pręceptore iam quiſquam vtatur, aut vnde adiuuari poſsit,ſi ne in his quidē verum reperitur?Extiterunt, inquit, quidam quondam, his omnibus qui philoſophi habētur antiquiores,beati,iuſti,& deo chari,qui diuino ſpiritu afflati locuti ſunt,réſque eas fore vaticinati ſunt, quæ nunc eueniunt(prophetas autē, ſiue vates eos vocant).Hi ſoli verum & intellexerunt ipſi,& hominibus enunciarunt, nullius metu deterriti, nec victi opinione, aut gloria impulſi: C
ſed ea ſola prędixerunt,quæ ſancti Spiritus pleni audiuiſſent, atq; vidiſſent. Libri autem eorum nunc etiam extant, éique qui eos euoluerit, maximus fructus propoſitus eſt & principiorum & finis, & eorum quę philoſophus tenere debet, cùm eis fidem habuerit.Non enim demonſtratione, aut neceſſaria cōcluſione vſi ſunt tum in ſuis ſermonibus: quippe qui teſtes veritatis eſſent digni,quibus maior,quàm omni demōſtrationi tribueretur auctoritas.Ea porrò quæ euenerunt, & eueniunt, cogunt aſſentiri eorū orationi. Quanquam etiam propter nouas inauditáſque res quas efficiebant, digni erant quibus crederetur: quandoquidem & effectoris huius vniuerſitatis Dei,parentíſque nomen celebrabant, & ab eo Chriſtum eiuſdem filium nunciabant. Id quod ij,qui ſpiritus erroris & impuri pleni erant, falſi prophetæ nec perfecerunt, nec perficiunt:ſed mira quædam opera ad ſtuporem hominum edere audent, erroríſque magiſtros ſpiritus & dæmonia honoribus afficiunt.In primis autem precare Deum, vt tibi fores luminis aperiantur.Neque enim cerni,intelligíve poſſunt ab omnibus,niſi cui datum ſit,Dei eiúſque Chriſti conceſſu ac munere.Hęc ille cùm dixiſſet,aliáque præterea multa, quæ non ſunt huius temporis, eáq; me ſequi iuſſiſſet, abijt, neque eum vidi poſtea. In meo autem animo repētè ignis excitatur, méque tenet deſyderium prophetarum virorúmque illorum,quos Chriſtus charos haberet.Cúmque eius verba mecum ipſe in animo repeterem,hanc E
vnam reperiebam philoſophiam & tutam & vtilem. ſic igitur ego & ex his philoſophus extiti. Maximè autem vellē, vt omnes etiam eodem,quo ego, animo affecti,à conſeruatoris verbis ne diſcederent.Religionem enim quādam

A dam in ſe continent, ſatíſque in eis eſt virium ad eos flectendos, qui à recta vitæ via deflectunt: iíſque, qui in eis cogitationes ſuas defigunt, requietẽ iucundiſsimã afferũt. Quòd ſi aliqua ex parte tibi ipſe curæ es, Tryphon, ſalutíſque ſtudio traheris, atque in Deo ſpem collocaſti, quemadmodum à re non abhorrenti, licet tibi, cùm Chriſtũ Dei filium cognoueris, & perfectus euaſeris, vitam beatam adipiſci. Hæc cùm dixiſſem, Tryphônis comites riſerunt: ille ſubridens, Cùm in alijs, inquit, tuam probo ſententiam, admirórque tuum in Deum ardorem & ſtudium, tum mihi melius etiam ſtudiũ tuum in Platonica, vel in alicuius alterius philoſophia poſiturus vidêris, cõſtantiam, continentiam, & temperãtiam excolens, quàm daturus operam

B vt falſis ſermonibus capiaris, hominéſque nullius precij ſequare. permanẽti enim tibi in illo philoſophiæ genere, viuentíque ſine crimine ac vituperatione hominum, melioris conditionis ſpes relicta eſt. Cùm autem deſerto abiectóque Deo, in homine tibi omnis ſpes ſita erit, quæ tandem ſalutis ſpes oſtenditur? Quòd ſi mẽ quoque audire velis (amicum enim te iam iudicaui) primùm quidem præputium præcidito: deinde ſabbatum pro more ſeruato, feſtóſque dies & calendas Dei: poſtremò ea omnia quæ lege ſancita ſunt, planè facito: tum tibi Deus fortaſſe propitius erit. Chriſtus autem, etiam ſi genitus ſit, & alicubi maneat, ignotus eſt, nec ſe ipſe nouit, neque vim vllam habet, quoad Elias veniat, eúmque inungat, & omnibus enun-

C ciet. Vos verò qui inanem ſonum approbaueritis, Chriſtum vobis quẽdam fingitis, eiúſque cauſa hoc tempore inconſideratè perijſtis. Hoc ego loco, Venia, inquam, tibi per me detur licet, atque hæc culpa cõdonetur: neque enim ſcis quid dicas, ſed à præceptoribus perſuaſus, qui ſcripturas ignorãt, & quaſi diuinando quicquid tibi in mẽtem venerit, effutis. Nam ſi orationem probare velis, qua docebo nec in errore verſari nos, nec finem facturos eſſe eius probandi ac prædicandi, etiam ſi ab hominibus nobis probra & crimina obijciantur, etiam ſi acerrimus infeſtiſsimúſque tyrannus eum negare nos cogat: præſenti tibi ac coràm demonſtrabo, nos nõ inanibus ac futilibus fabulis credidiſſe, neq; orationibus quæ perſuaderi non poſſunt,

D ſed ijs quæ diuini ſpiritus plenę ſint, & à virtute manẽt, & floreãt charitate. Riſerunt tum rurſus illius amici, vocémque indecoram miſerunt: ego verò cùm ſurrexiſſem, abire me velle oſtendebam, cùm ille, arrepta tunica, Non, inquit, antè diſcedes, quàm id, quod promiſiſti, exolueris. Ne igitur ab amicis tuis, inquã, motus oriatur, neq; indecorè ſe oſtentent, ſed ſi modò velint, placidè audiant: ſin maior quædam res ac negocium eis eſt impedimento, diſcedant: nos verò ſecedamus aliquò, relaxatíſque animis cõcludamus ſermonem. Placuit Tryphoni oratio, mutatíſque locis, in mediũ Xyſti curriculũ conceſsimus. Sed duo ex illius ſodalibus cùm riſiſſent, noſtrumq; ſtudium reprehendiſſent, abierunt. Nos verò, cùm ad locum ventũ

E eſſet, in quo vtraq; ex parte ſedes ſunt ex lapide, in altero ordine cùm Tryphônis amici conſediſſent, quidámque eorũ de bello, quod in Iudæa geſtũ eſſet, ſermonem intuliſſet, colloquebantur. Vt autem finem feciſſent, ego rurſus ita exorſus ſum. Num aliud eſt, amici, quod nobis obijcitis, & in no-

bis reprehenditis, niſi quòd nõ ex lege degimus, nec inſtituto maiorũ ve- A
ſtrorũ pręputium nobis pręcidimus, nec ſabbatorũ feſtum diẽ agimus? vtrũ etiam vita noſtra & mores apud vos crimini dantur? Hoc autem eſt quod dico. num etiam hoc vobis de nobis perſuaſiſtis, nos humanis carnibus veſci, & poſt conuiuium extinctis lucernis, nefarijs complexibus volutari? an hoc ipſo vno crimine nos condemnatis, quòd eiuſmodi verba attentè audimus, nec veræ iudicio veſtro opinioni credimus? Hoc ipſum eſt, inquit Tryphon, quod miramur: ea autem quę plerique confirmant, non æquum eſt credere. multum enim à natura humana abhorrent. Veſtra etiam in euãgelio expreſſa pręcepta, ita mirabilia, magnáque eſſe ſcio, vt eis parêre putẽm poſſe neminẽ. Mihi enim ſtudio fuit ea euoluere. Illud autem an- B
git nos maximè, quòd vos qui religionem pietatémque colere profitemini, & à cæteris vos diſcrepare ac differre putatis, nulla in re ab eis diſceditis, neque vita veſtra Barbarorum, quos gentes dicimus, inſtituto diſsimilis eſt: cùm nec dies feſtos, nec ſabbata agatis, nec pręputij pręciſionem teneatis, & pręterea in homine qui cruci ſuffixus eſt, omnem ſpem veſtram collocetis, & acquieſcatis: & tamen ſperetis vos aliquid boni à Deo conſecuturos, cuius pręceptis minimè pareatis. An non legiſti ſcriptum apud
Gene.17. Moſem, Peribit anima illa ex ſuo genere, quæ octauo die non circuncidetur? Eodémque modo de alienigenis ac mancipijs explicatum eſt. Vos ergo qui hoc teſtamentum ſtatim contempſiſtis, negligitis etiam ea quæ C
deinceps ſequuntur, & nos in veſtram ſententiam adducere conamini, quaſi Deum noueritis, cùm nihil perficiatis eorum, quæ ij perficiunt qui Deum verentur. Si quid ad hæc dicere potes, ac quonam modo vobis aliqua ſpes reliqua ſit, etiam ſi legi minimè pareatis, docere: id nos ex te libentiſsimè audiemus, cæteráque exquiremus eodem modo. Tum ego, Non erit, inquam, aliquando alius Deus, Tryphon, neque ex æternitate fuit, pręter eum qui hac rerum vniuerſitatem effecit atque deſcripſit: nec verò alium noſtrum, alium veſtrum Deum eſſe cẽſemus, ſed illum ipſum qui patres noſtros potenti manu, excelſóque brachio ex Ægypto eduxit: neque in alio ſpem collocauimus (neque enim eſt) ſed in eo, in quo etiam D
vos, quem Abrahami, Iſaaci, & Iacobi Deum dicimus. Spem autem in eo collocauimus, non Moſis, aut legis pręſidio. Hac enim ex parte idem quod vos, faceremus. Nunc autem legi, ego Tryphõ, futuram etiam poſteriorem legem & teſtamentum omnium maximum & potentiſsimũ, quod nunc ſeruare debent omnes homines, qui Dei hæreditatem adipiſcũtur. Lex verò, quæ in Chorebo monte ſancita eſt, vetus eſt iam lex, & veſtra tantùm. hæc autem, planè omnium. Lex autem legi contraria, & contra legem lata ſuperiorem ſuſtulit: teſtamentúmque quod poſtea inſtitutũ eſt, prius ſuſtulit eodem modo. Nobis æterna lex, & poſterior Chriſtus datus eſt, teſtamentúmque fide dignum, quod non lex, non præceptum, non E
Eſa.51. mandatum ſequitur. An non tu hoc apud Eſaiam ſcriptum legiſti, Audite me, audite me, populo meus, & reges auribus percipite, Lex à me proficiſcetur, & iudicium meum in lumen gentium: iuſtitia mea appropinquat,

A & ſeruator meus exibit, & in brachio meo gentes ſperabunt. Hieremiam *Hier.31.*
etiam de hoc ipſo nono teſtamēto diſſerere iuſsit,his verbis,Ecce dies ve-
niunt, inquit Dominus, & teſtamentum familiæ Iſraëliticæ faciam, fami-
liæq; Iudaicæ teſtamentum nouum , non quod feci patribus eorum , eo
die quo manum eorum apprehendi vt eos ex Ægypto educerem.Quòd ſi
Deus fore prædixit, vt teſtamentum nouum fieret , ídque ad illuſtrandas
gentes: videmus autem atque nobis perſuaſimus Ieſu Chriſti,qui in crucē
actus eſt, nomine, eos qui à ſimulachris aliíſque flagitijs ad Deum ſe con-
tulerunt & conuerterunt , & mortem perferunt , religionem profeſsione
ſua colere: profectò & ex rebus, & ex miraculis quæ conſecuta ſunt,om-
B nes facilè intelligere poſſunt,hanc eſſe nouam legem nouúmq; teſtamen-
tum, ſpémque nationum omnium, quæ à Deo bona expectant. Iſraëliticū
enim verum eſt ſpiritale , Iudaicúmque genus Iacobi, Iſaaci , & Abraha-
mi, qui & in pręputio teſtimonium à Deo habuit, & benedictionē acce-
pit, & pater multarum gentium appellatus eſt . Nos ſumus qui ductu &
auſpicijs huius Chriſti qui cruci ſuffixus eſt, ad Deum acceſsimus, quem-
admodum progreſſu orationis docebimus. Dicebā pręterea & proferebā,
id quod alijs verbis Eſaias clamat, Audite verba mea, & anima veſtra vi- *Eſa.55.*
uet , faciámque vobis teſtamentum nouum ſempiternum, ſancta Dauîdis
fidelia.Ecce teſtē ipſum dedi gentibus. Gentes quæ te non norunt,te ap-
C pellabunt,& inuocabunt:populi qui te ignorant,ad te confugient,propter
Deum tuum ſanctum Iſraëlis, quòd tibi gloriam tribuit. Hanc ipſam vos
legem improbaſtis, nouúmque & ſanctum eius teſtamentum contempſi-
ſtis , neque illud nunc probatis , neque vos improbè factorum pœnitet.
Aures enim veſtræ adhuc obſtructæ ſunt,oculíque veſtri occæcati : & cor
veſtrum craſſum redditum eſt,vt eſt apud Hieremiā,& nec ita auditis:prę-
ſtò eſt lator legis, nec cernitis: pauperibus euangelium traditur , cæci vi-
dent,nec intelligitis.Altera iam circunciſione opus eſt, & vobis caro ani-
mos tollit . Sabbatum vos agere & ſeruare noua lex ſemper iubet, & dum
vnum diem in ocio eſtis,vos religionem colere putatis:nec cur vobis prę-
D ceptum ſit, attenditis : ac ſi pane,qui fermento careat , veſcimini, exple-
uiſſe vos Dei voluntatem dicitis. Non hæc Dominus Deus noſter appro-
bat. Si quis eſt inter vos periurus aut fur,deſinat:ſi quis conſtuprator, vel
adulter,reſipiſcat, & vera Dei ſabbata egerit. Si quis puras mūdáſque ma-
nus non habet, abluatur, & mundus eſt. Non enim in balneum vos mi-
ſit Eſaias, vt ibi cædem cæteráque peccata expiaretis, quos ne maris qui-
dem vniuerſa aqua expiare poteſt:ſed iampridem hoc lauacrum illud ſalu-
tare erat,quod eos qui reſipiſcūt,comitatur. nec iam vt hircorum, & ouiū
ſanguine, vel vaccæ cinere, aut ſimilę donarijs expiemini , ſed fide Chri-
ſti,ſanguine eiúſque morte, qui ob id mortuus eſt, vt idem Eſaias ait, his *Eſaia.52.*
E verbis,Reuelabit pateſaciétque Dominus brachium ſuum ſanctum in cō-
ſpectu omnium nationum, videbúntque omnes nationes finéſq; terræ cō-
ſeruatorem qui mittetur à Deo. Diſcedite, diſcedite,diſcedite,illinc exite,
nec quod impurum immundúmque eſt,contingite:ex medio eius egredi-
mini

mini.ſecernite vos,& mũdamini qui Domini vaſa portatis,ꝗ non cũ per- A
turbatiõe ambulabitis.Antecedet enim vos Dominus,& Dominus Deus Iſraëlitici populi, qui vos congregat. En,intelliget puer meus,extolletur,& magna gloria afficietur. Quemadmodũ multi te admirabuntur, ſic forma tua & gloria ab hominibus contemnetur: Sic te nationes multę ſuſpiciẽt, & reges os ſuũ cohibebunt, quòd ij apud quos de eo verba facta nõ ſunt, videbũt,& qui non audierunt,intelligent.Domine quis auditui noſtro credidit , eiúſque brachium cui patefactum eſt ? Nuntiauimus in conſpectu eius,vt puerũ,& radicis inſtar in terra arida pluuiam appetẽti .Non eſt in eo forma, neque gloria:vidimus eum , nec in eo forma vlla erat,nec pulchritudo:ſed forma eius ignominiæ plena, & magis immutata,quàm cu- B
iuſquã hominis . Vir qui feriebatur, & morbum ferre nouerat, propterea quòd os & facies eius obſcurata eſt.Ignominia affectus eſt,nec vllo in numero fuit.Is peccatorum noſtrorum pœnas dat,& cauſa noſtra doloribus conficitur. nóſque eum in labore, plaga,& cruciatu eſſe duximus,ſed ipſe pro ſceleribus noſtris vulnera accepit, & pro peccatis noſtris imbecillis & infirmus redditus eſt.pacis noſtræ correctio in eo fuit, eiúſq; liuore curati ſumus.Omnes inſtar ouiũ errauimus. homo in viã ſuam deflexit, & eum Dominus pro ſceleribus noſtris tradidit: ipſéq; , quòd malè tractaretur, os ſuũ non aperit . Tanquam ouis ad cædẽ & mortẽ raptus eſt : & queadmodũ agnus in conſpectu tõdentis ſe,mutus eſt:ſic os ſuum nõ aperit.In eius C
humilitate,iudicium eius ſublatum eſt.ortum eius quis exponet?quòd vita illius à terra tollitur. propter populi mei ſcelera moritur:dabôque pro eius ſepultura,improbos: & pro eius morte,diuites: quòd peccatum non fecerit, nec in eius ore dolus ſit inuentus . Dominus eius plagas curare vult. Si detur pro peccato animus veſter, ſemen diuturnæ vitæ videbit.vult Dominus animum eius labore liberare, ei lucem oſtendere, & ſcientia informare, iuſtum efficere,eũ qui multis rectè ſeruiat, & ſcelera noſtra ipſe portabit.Ob eámque cauſam multos idẽ hæreditatis iure poſsidebit, fortiúmque ſpolia diuidet, propterea quòd ſe ipſe morti obtulit, ac tradidit, & in ſceleratis habitus eſt, multorúmque ſcelera portauit , ac propter eorũ pec- D
54.c. cata traditus eſt. Lætare ſterilis quæ non paris,erumpe & clama,quæ non parturis,quòd multo plures ſunt deſertæ,quàm nuptæ liberi.Ait enim Dominus,Dilata locum tabernaculi tui,pelléſque tabernaculorum tuorum fige, noli prætermittere: produc funiculos tuos, clauóſque tuos corrobora. ad dextram ſiniſtrámque expande , & ſemen tuum gentes hæreditario iure habebit, vrbéſque deſertas incoles.Noli metuere quòd pudore affecta fueris, nec erubeſcere, quòd probris affecta ſis.Nam & dedecus æternum obliuione obrues, nec crimen probrúmque viduitatis tuæ tibi in mentem veniet.Dominus enim ſibi ipſe nomẽ impoſuit: & qui te redemit,is Deus Iſraëlitici populi in omni terra vocabitur.Te Dominus vocauit nõ vt mu- E
lierem quæ repudiata eſt, & demiſſo eſt animo, neque vt mulierem quæ inuiſa fuit ab adoleſcentia. Lauacri igitur pœnitentiæ,diuinæque cognitionis, quod pro populi Dei ſceleribus extitit,quemadmodum Eſaias clamat,

A mat, vi & nomine nos credidimus: & admonemus, illum ipſum baptiſ-
mum quem prædicauit, quique vnus eos quos malè actæ vitæ pœnituerit
expiare poteſt, aquam eſſe vitalem. Quas autem vobis ciſternas fodiſtis, eæ
perfractæ ſunt, nec vlla in re vobis vtiles. Quis enim fructus eſt expiatio-
nis, quæ carnem ſolúmque corpus extergit & expiat? Eluite & delete in
animo iram, auaritiam, inuidiam, odium, túmque mundum erit cor-
pus. Hæc eſt enim azymorum ſignificatio, ne vetera vitioſi fermenti ope-
ra agaris. Vos autem omnia ea ſentẽtia quam libido veſtra fingit, intellexi-
ſtis, religionémque ac pietatem eſſe ducitis, ſi hæc perficientes, animos do-
lo omníque malitia refertos habeatis. Itaque ſeptem dieb. in quibus panes
B ex lege ſine fermẽto eduntur, exactis, nouũ fermenrũ conficere & cõſper-
gere vos Deus iuſsit, id eſt, aliorũ operũ effectionẽ, non priſtinorũ atq; pra-
uorũ imitationẽ. Atq; vt hoc eſſe intelligatis, quod à vobis hic nouus lator
legis poſtulat, ea verba quæ à me ſuprà cõmemorata ſunt, rurſus cum alijs
etiã quæ ſunt prętermiſſa, proferã. Sunt autẽ ſcripta apud Eſaiã, hòc modo,
Audietis me, & anima veſtra viuet, inſtituámque vobis teſtamentum ęter- *Eſaia.55.*
num, ſancta Dauîdis fidelia. En tibi teſtimoniũ, eum dedi gentibus prin-
cipem, præceptorémque gentibus. Nationes quæ te ignorant, te inuoca-
bunt & appellabũt: populíque ij, quibus ignotus es, ad te confugient pro-
pter Deum tuum ſanctum Iſraëlis, quòd tibi gloriam tribuit. Quærite Deũ,
C dum inueniri poteſt, inuocate eum, cùm in propinquo adeſt. relinquat
impius vias ſuas, & vir prauus cogitationes ſuas eijciat, redeátque ad Deũ,
& miſerebitur, quòd peccata veſtra facilè vobis cõdonabit. Neque enim
conſilia mea veſtris ſimilia ſunt, nec viæ meæ veſtras imitantur: ſed quan-
tum cælum à terra abeſt, tantum inter viam meam & veſtram veſtráſque
& meas cogitationes intereſt. Vt enim ſi nix vel imber è cælo defluat, nõ
reuertitur, quoad terram humidam reddiderit, eáque fructum ex ſe extu-
lerit, & germinauerit, ſeméque dederit agricolæ & panem: ſic erit verbum
meum, quod ex ore meo exierit, non reuertetur, dum ea omnia quæ vo-
lui, perfecerit, & pręcepta mea ꝓſperè ceſſerint. In lętitia exibitis, & in gau-
D dio deducemini. Montes enim & colles vos recipientes exilient, omniáq;
agrorum ligna frõdibus applaudent, ac pro ſaliuncula, cypreſſus: & pro vr-
tica, myrtus emerget: eritque Dominus in nomen ſignúmque ſempiternũ,
nec deerit. Hæc quidem verba & talia, cùm, inquam, à prophetis, Tryphõ,
commemorata ſint, alia ad priorem Chriſti aduentum pertinent, in quo
& inglorius, & deformis & mortalis, quemadmodum prædictus erat fore,
extitit: alia ad poſteriorem referuntur, cùm in maieſtate & in nubibus
veniet, populúſque veſter intuebitur, & cognoſcent eum quem pupu-
gerunt, quemadmodum Oſea duodecim prophetarum vnus, & Daniel
prædixerunt. Diſcite ergo ſeruare verum Dei ieiunium, quemadmodum
E Eſaias ait, vt Deo placeatis. Eſaias autem clamauit hoc modo, Exclama ve-
hementer, ſine intermiſsione, tubæ inſtar vocem tuam tolle, populóque 18.
meo ſcelera ſua expone, familiæque Iacobi ſua flagitia. Me enim quotidie
quærunt, viáſque meas ſcire cupiunt, quaſi populus qui iuſtè vixerit, iudi-
ciúmque

ciúmque Dei non deſeruerit. A me nunc iuſtum iudicium poſtulant, Deóque appropinquare deſyderant, ac quærunt, Cur ieiunauimus, nec vidiſti? animoſq; noſtros demiſimus, nec cognouiſti? In ieiuniorum enim veſtrorũ diebus voluntates veſtræ reperiuntur, ac de ijs omnibus, qui vobis parent, malè meremini: ad iudicia & pugnas ieiunatis, pugníſque humiles & abiectos pulſatis. Cur mihi ieiunatis, vt hodie vox veſtra in clamore audiatur? Num ego tale ieiunium & diem approbaui potiùs, in quo homo animam ſuam demittat & abijciat? nec ſi tanquam circulum collum tuum inflexeris, ciliciúmque & cinerem ſubſtraueris, id demum ieiunium diémq; Deo acceptum vocabitis. Non eiuſmodi ieiunium elegi, ait Dominus: ſed ſolue omnia ſcelerum vincula, diſſolue rerum quæ vi contractæ ſunt, cautiones: fractos venia data omitte, omnémq; ſyngrapham iniquam diſcindito. Frange eſurienti panẽ tuum, egentéſque qui domo carent in domum recipe: ſi nudum videris, veſti, nec familiares generis tui contemnito. Tum erumpet matutinum lumen tuum, & ſanitas tua citò emerget, téque antecedet virtus tua, & Dei gloria complectetur. Tum clamabis, téque Deus audiet: cùm etiam verba facies, dicet, en adſum. Quòd ſi vinculum abs te abſtuleris, & manuum digirorúmque porrectionem, ac murmur, eſurientíque panem ex animo dederis, animámque humilem & abiectam ſanaueris: tum in tenebris lux tua orietur, & tenebrę tuę tanquam meridies, erítque Deus tuus tecum ſemper, & anima tua ex ſententia ſua ſatiabitur, oſſaq; tua pingueſcent, erúntque inſtar horti irrigui, & fontis aquarum, aut terræ, quæ nunquam exaruit. Præcidite ergo cordis veſtri præputiũ, quéadmodum Dei ſermones per hæc verba omnia exigunt & volunt, Deúſque per Moſem clamauit his verbis, Auferte cordis veſtri duriciem, & ceruices veſtras nolite iam duras reddere. Dominus enim Deus veſter, Dominúſq; dominorum, Deùs magnus, fortis, & terribilis, qui vultum non miratur, nec munera accipit. Et in Leuitico, Quòd præuaricati ſunt, méque contẽpſerunt, quódq; in conſpectu meo improbè vixerunt, ego quoque ab eis deflexi, perdámque eos in terra hoſtium ſuorum. Tum cor eorum quod circunciſum non eſt, confundetur. Circuncíſio enim carnis, quæ ab Abrahamo initium habuit, ſignificationis cauſa conceſſa eſt, vt ab alijs nationibus nobíſq; ſecreti ac ſeiũcti ſitis, atq; vt ea ſoli perferatis quæ iure ac meritò perpetimini, deſértæque ſint veſtræ regiones, vrbes incenſæ, fructúſque vobis ſpectantibus & videntibus edant externi, nec quiſquam veſtrũ Hieroſolyma proficiſcatur. Neque enim ex re vlla alia, præ cæteris nationibus agnoſcimini, niſi præputij veſtri præciſione. Nemo enim veſtrũ mea quidem ſentẽtia audebit negare, Deum ea quæ futura ſunt, aut prænouiſſe, aut etiã nunc prænoſcere, & vnicuiq; pro dignitate ac meritis præparare. Hinc fit, vt hæc vobis omnia iure euenerint. Virum enim bonum & iuſtum interfeciſtis, & ante eum eius Prophetas, & nunc eos qui in illo ſpem ſuã collocant. Deúmque præpotentem, mundíque effectorem à quo ille miſſus eſt, improbatis, & quantum in vobis eſt, omni honore ſpoliatis, dum eos qui Chriſto credunt, in conuentibus veſtris deteſtamini. Neque enim per eos qui

A qui nunc rerum potiuntur , vobis licet nobis vim inferre : quod quidem
quoties data eſt facultas , perfeciſtis . Itaque clamat contra vos Deus per
Eſaiam his verbis, Videte vt iuſtus perijt, nec quiſquam conſiderat.à cō- 57.
ſpectu enim malorū ſublatus eſt iuſtus. In pace ſepultura eius erit,de me-
dio ſublatus eſt. Vos huc acceſsiſtis filij improbi,ſemen adulterorum, cō-
ſtuprationiſque filij. quem præter modum irriſiſtis,in quem os aperuiſtis,
& in quem linguam exeruiſtis ? Neque enim cæterę gentes in iſto , quæ
crimine & iniuria quæ nobis Chriſtóque infertur æquè tenentur,atq; vos
qui illis quoque improbę iſtius de Chriſto ac nobis qui ab illo nomē ha-
bemus,opinionis & ſermonis cauſam datis. Poſteà enim quàm illum vnū
B innocentē iuſtúmque hominem in crucem egiſtis,cuius benignitate,liuo-
ribus,plagiſque curantur ij qui per eum ad Patrem accedunt,cùm eum ab
inferis excitatum cognouiſſetis, atque in cælum aſcendiſſe , quemadmo-
dum prophetiæ vaticiniationéſque fore prædixerant,non ſolùm non pœ-
nituit vos malorum quæ geſsiſſetis,verùm etiam viros , quos delegiſſetis,
Hieroſolymis tum delectos in vniuerſum orbem dimiſiſtis, qui nuntiarēt,
ſectam Chriſtianorum quę Deos tolleret ac negaret,natam eſſe,eáque cri-
mina exponerent omnia, quæ in nos ij qui nos ignorant,conferunt. Itaq;
non ſolis vobis ſcelerum cauſam datis,verùm etiam cæteris hominibus o-
C mnibus:iuréque ac meritò Eſaias clamat,Veſtra opera veſtróq; ſcelere no- 52.
men meum in nationibus contumelijs afficitur.Et illud,Vę animę eorum, 3.
quandoquidem malum ſceleratúmque conſilium in caput ſuum inierunt,
in hæc verba,Vinciamus virum bonum & iuſtum, quòd nobis eſt inutilis.
Itaque fructus operum ſuorum edēt.Væ ſceleſto homini, mala ei pro ſuis
factis euenient.Rurſúmque alio in loco,Vę ijs qui ſcelera ſua quaſi longo
fune trahunt, quaſi loro iugi inuencæ peccata: qui aiunt,celeritas eius ap-
propinquet,veniátque ſancti Iſraëlis conſilium,vt intelligamus. Vę ijs qui
malum bonum, & bonum malum eſſe dicunt:qui lucē tenebras ponunt,
& tenebras lucem :qui amara dulcia ducunt,& dulcia amara.Vos ergo,vt
in eum qui vnus ſcelere culpáque vacat, idémque bonus à Deo illuſtran-
D dorum hominum cauſa miſſus eſt, grauia, tenebricoſa, & iniqua maledi-
cta vbiq; terrarū iacerētur, perfeciſtis.Inutilis enim vobis viſus eſt,qui cla- 56.
mans apud vos,Scriptum eſt,inquit,Domus mea domus orationis eſt,vos
autem ex ea ſpeluncam latronum feciſtis. menſáſquę nummulariorum in. *Matth.21.*
templo deiecit,& clamabat,Væ vobis Scribæ & phariſæi hypocritæ & ſi- *Ioan.2.*
mulatores, qui decumam mentæ & rutæ accipitis, Deíque charitatem ac *Luce.11.*
iudicium non percipitis: Sepulchra dealbata, quæ extrinſecus pulchra vi- *Matth.23.*
dentur, intrinſecus autem oſsibus mortuorum referta ſunt. Et Scribis,Væ
vobis Scribæ, quòd claues tenetis, nec introitis ipſi, eóſque qui introeūt,
E arcetis, duces cæci. Quoniam enim legiſti, Tryphon,vt ipſe confeſſus es,
ea quę is qui nobis ſalutem dedit,docuit, nō abſurdè me feciſſe exiſtimo,
qui breuia illius doctrinæ capita cū propheticis cōmemorauerim. Ablui-
mini ergo,mundíque etiam nunc eſtote, & ex animis veſtris vitia euellet,
ſed quemadmodum vobis Deus imperat, vt hoc lauacro voſmetipſos ab-

luatis, circuncidatíſque vera circunciſione. Nos enim & hanc quæ in carne adhibetur circunciſionem, & Sabbata, & dies feſtos omnes planè ſeruaremus, niſi cur etiam vobis præſcripta hæc eſſent omnia, id eſt, ob ſcelera veſtra durúmque cor, teneremus. Etenim ſi nobis in animum inducimus ea ferre omnia, quæ in nos homines maliq; genij exercent, vt etiam morte propoſita ſuppliciiſq; nouis & inauditis, Deum vt miſereri velit eorum etiam qui hęc in nos intentant, rogemus: nihilq; mali quamuis exigui cuiquā reddi, quemadmodum nouus lator legis nobis præcepit, velimus: quid eſt, quamobrem non ea etiam quæ nobis nihil nocent neq; dant vllum incōmodum, circunciſionem dico carnis, ſabbata, feſtóſq; dies, libentiſsimè ſeruaremus? Hoc autem eſt de quo ęquum ſit ambigi, quòd nos qui hęc talia perpetimur, non cætera etiam omnia, de quibus nunc quærimus, ſeruamus. Neque enim omnibus neceſſaria eſt hæc circunciſio, ſed vobis ſolis, vt, quemadmodum antè dixi, hæc quæ nunc iure ac meritò vobis eueniunt, perferatis. Non enim lauacrum illud inutile quod ciſternæ miniſtrabant, accipimus aut probamus, propterea quòd hoc ad vitale lauacrum nihil conducit. Itaque clamauit Deus, vos ſe qui viuus fons ſit, relicto, ciſternas vobis confragoſas fodiſſe, quæ aquam continere in ſe non poterunt. Ac vos quidem, qui vobis carnem præciditis, circunciſionis noſtræ indigetis: nobis autem, qui hanc tenemus, nihil illa opus eſt. Si enim neceſſaria eſſet, vt vos exiſtimatis, Deus Adamum cum præputio non finxiſſet: neque ei Abeli qui in præputio hoſtias detulit, grata fuiſſent munera: neque ei Enochus in præputio placuiſſet, qui non inuentus eſt, quòd eum Deus tranſtuliſſet. Lotus cùm circunciſus non eſſet, ex periculis quæ Sodomis acciderunt, ſeruatus eſt, cùm eum Dominus & angeli illi antè eduxiſſent. Nochus generis principium, nónne vnà cum liberis non circunciſus in arcam ingreſſus eſt? Caruit etiam circunciſione Melchiſedecus ille excelſi Dei ſacerdos, cui etiam decumas oblationum dedit Abrahamus, is qui primus carnis circunciſionem cùm accepiſſet, ei benedixit, cuius ex æterno ordine ſacerdotem Deus inſtitutu-rum & creaturum ſe Dauidis verbis indicauit. Ergo vobis vnis neceſſaria erat hæc circunciſio, vt populus, non ſit populus & gens non gens, quēadmodum etiam Oſea duodecim Prophetarum vnus prædixit. Etenim qui antea viri boni appellati ſunt cùm ſabbata non egiſſent, Deo placuerunt, atque Abrahamus qui eos conſecutus eſt, eiúſque liberi omnes vſque ad Moſem, cuius temporibus ſceleſti & ingrati in Deum maiores veſtri extiterunt, cùm in ſolitudine vitulum conflauiſſent. Hinc Deus cum illo populo coniunctus, ei vt ſuo nomine immolaret, imperauit, ne ſimulacra coleretis. Quod quidem vos non modò non ſeruaſtis, ſed etiam liberos veſtros malis genijs ac dęmonijs immolauiſtis. Sabbatum ergo vobis vt ageretis præcepit, vt Dei vos ſubiret recordatio. Nam eius illud verbum hoc ſignificat, Vt cognoſcatis Deum eſſe me, qui vos redemi. Vobis enim, vt à cibis quibuſdam abſtineretis, præſcripſit, vt & in cibo & in potu Deus ob oculos vobis verſetur, quòd facilè ipſius cognitionem

ſoliti

A ſoliti ſitis ex animis veſtris deponere:id quod etiam Moſes ſignificat his verbis, Edit bibítque populus, atque ſurrexit vt luderet. Et rurſus, Comedit Iacobi familia, ſatiata eſt & ſaginata: rebellauítque eadem quam Deus charam habebat, ſaginata eſt, inflata, dilatata, Deúmque effectorem deſeruit. Nocho enim qui vir bonus & iuſtus eſſet, conceſſum eſſe à Deo, vt omnibus quæ animo prædita eſſent, veſceretur, præter quàm carne quæ cum ſanguine,qui piaculum eſt,coniuncta eſſet,Moſes in libro qui Geneſis inſcriptus eſt, expoſuit.Cúmque vellet ipſe dicecere, vt olera herbæ, tum dixi ego, Illud,vt olera herbæ,minimè accipitis, vt à Deo dictum eſt: ſcilicet, quemadmodum olera Deus ad ali- *Exod.32.* *Deut.32.*

B mentum hominum parauit, ſic eundem ad eſum carnium dediſſe animalia. Sed quoniam nonnullis herbis non veſcimur, ſic ex illo tempore Nocho delectum diſtinctum definitúmque dicitis, non, quemadmodum interpretamini, credendum eſt. Primùm enim in eo, vt doceam & vincam omne olus herbam eſſe ac vitam propagare poſſe, operam & ſtudium non ponam.Et quanquam olerum & herbarum delectum habemus, nec omnia edimus: non tamen quòd ipſa communia ſint & immunda, eis non veſcimur, ſed vel quia amara ſint, vel mortem afferant, vel ſpinoſa ſint. Dulcia autem omnia, & quæ alendi vim maximam habent, & optima tam marina quàm terrena,& appetimus & edi-

C mus.ſic & eorum quæ immunda ſunt,& quæ iniqua & quæ ſceleſta ſunt, per Moſem vos abſtinere iuſsit Deus: quandoquidem cùm etiam mannam in ſolitudine ederetis, mirabiliáque omnia vobis à Deo extare cerneretis, vitulum quem ex auro feciſſetis, adoraſtis & venerati eſtis. Itaque iure ſemper clamat, Filij inſipientes,in eis nulla eſt fides. Deúmque ſceleribus veſtris maiorúmque veſtrorum impulſum,ſignificandæ rei gratia, vt prædixi, & ſabbatum vobis vt ſeruaretis, imperauiſſe,& alia præcepta dediſſe, & gentium cauſa ſignificaſſe,ne nomen ipſius apud eas contaminetur:ob eámque cauſam nonnullos ex vobis omnino paſſum eſſe viuere, hæc vobis verba perſuadere poſſunt. Expreſſa ſunt autem ab E- *Deut.32.*

D zechièle hoc modo, Ego Dominus Deus veſter, Præceptis meis parete: *cap.20.* res meas,quæ bonæ iuſtǽque ſunt,cuſtodite, nec in ijs rebus ac ſtudijs quibus in Ægypto ſolebatis, verſamini, ſanctáque ſabbata mea efficite & colite: túmque inter me atque vos ſigno eritis, vt me Dominum Deum veſtrum eſſe intelligatis, quem concitaueritis, & cuius præceptis liberi veſtri non obtemperauerint, nec res meas quæ bonæ & iuſtæ ſunt, cuſtodierint,vt eas facerent,quas qui fecerit,ei vitam afferent.Sed ſabbata mea violauerunt, conſtituíque furorem meum in eos in ſolitudine effundere, vt animo meo parêrem, nec perfeci, vt ne nomen meum planè in

E nationibusc ontaminetur.Eos illis videntibus & ſpectantibus eduxi: porrexíque manum meam in eos in ſolitudine, vt eos in nationes diſpergerem, atque in regiones diuiderem, quòd res meas quæ iuſtæ erant, non perfecerint, & præcepta mea repudiauerint, ſabbatáque mea inquina-

uerint,ibíq;ob oculos patrum maiorúmque ſuorũ exempla poſuerint ad i- A
mitandum. Dedíque eis præcepta non bona nec honeſta, & res iuſtas
quæ eis vitam non afferent: contaminabóq; eos in ſuis ædibus,dum præ-
tereo, vt omne quod vterum aperit,perdam, atque deleam. Atque vt in-
telligatis ob maiorũ veſtrorum veſtráq; ſcelera ac cultũ eum & religionem
quam ſimulacris procuraſtis,ſacra hæc facta eſſe,non quòd ijs Deus egeat.
Amos. 5. cap. eáque deſyderet, audite quæ de ijs per Amos vnum ex duodecim pro-
phetis dixerit, Væ ijs qui diem Domini optant. Cur vobis hic Domini
Dies? certè tenebras vobis, non lucem afferet,quemadmodum cùm ho-
mo è conſpectu leonis effugerit, eíque vrſa fit obuiàm, & in eius do-
mum inuaſerit,manúſq; ad parietem applicauerit,& ſerpens eam momor-
derit. Nónne tenebræ ſunt dies Domini,& caligo in eo lucis expers? Odi, B
deteſtatúſque ſum veſtros dies feſtos, nec mihi conuentus veſtri placent.
Itaque ſi mihi hoſtias quas incenditis,aliáſq; mihi offeratis,non accipiam,
nec rationem habebo conſeruatoris in veſtra præſentia. Remoue à con-
ſpectu meo cantionum pſalmorúmque tuorum multitudinem: ſonum or-
ganorum tuorum non exaudiam. Voluetur vt aqua iudicium: & iuſti-
tia inſtar torrentis, ad quem aditus non patet. Nũm hoſtias mihi & ſa-
crificia quadraginta annis in ſolitudine, familia Iſraëlitica, obtuliſtis? ait
Dominus. Moloch etiam tabernacula ſumpſiſtis, Raphánque Dei ve-
ſtri ſydus,figuras & ſimulacra quę vobis feciſtis. Vos trans Damaſcũ habi-
tãdi cauſa trãſportabo,ait Dominus Deus,rerum omniũ prępotẽs nomine. C
Væ iis qui in Sione monte delitijs perfruuntur,qui in monte Samarię ſpẽ
collocãt,qui inter principes magna ſunt in gloria & nomine,& magiſtra-
tus gentiũ delerunt, ingreſsi ſunt ſibi. Familia Iſraëlitica traiicite omnes
Chalanem, atque inſpicite, indéque Amatham magnam proficiſcimini,
& inde Getham delabimini, quæ ſunt vrbes exterorum in iis imperiis
omnibus potẽtiſsimæ,ibíque obſeruate,illorúmne fines veſtris longius la-
tiúſque pateant. Quos dies infelix manet, qui appropinquatis & perue-
nitis ad falſa ſabbata: qui in lectis eburneis cubatis, qui in ſtragulis ve-
ſtris laſciuitis, qui agnos gregis editis, & vitulos lactentes ex mediis ar-
mentis: qui ad organorum ſonos complaudentes, ea permanentia, non D
fugientia & mutabilia putauerunt: qui in phialis vinum bibunt, opti-
móque vnguento delibuti ſunt, nec quicquam doloris ex Ioſephi aduer-
ſis rebus ſenſerunt. Quapropter captiui erunt ab initio principum qui
eos in coloniam mittent, ſceleſtorúmque domus delebitur, equorúmq;
Ephraimi hinnitus auferetur. Rurſus per Hieremiã,Colligite veſtras car-
nes & hoſtias, eáſque edite: quandoquidem maioribus veſtris non dedi
præceptum de hoſtiis, & libationibus, quo die eos ex Aegypto eduxi.
Itémque per Dauidem in nono & quadrageſimo pſalmo, Deus deorum
& Dominus locutus eſt, terrámque ab oriente ſole vſque ad occidentem E
vocauit. Ex Sione decoris venuſtatíſque eius pulchritudo, Deus apertè
veniet, Deus noſter,nec ſilebit:ignis in conſpectu eius ardebit,& circum

A eum tempeſtas magna. Conuocabit cælum è loco ſuperiore, & terram vt
populum ſuum diiudicet. Conuocate ei ſanctos ſuos, qui in ſacrificiis
teſtamentum eius faciunt, nunciabúntque cæli eius iuſtitiam, quòd iudex
ſit Deus. Audi popule meus, & tecũ loquar Iſraël, & tibi teſtificabor, Deus
Deus tuus ipſe ſum. An non ob ſacrificia tua te arguam? hoſtiæ tuæ hæ
quas penitus comburis, in conſpectu meo ſunt ſemper Ex domo tua vi-
tulos non accipiam, neque hircos ex gregibus tuis, propterea quòd meæ
ſunt omnes ſyluarum feræ, beſtiæ, pecora in montibus & boues, aues cæ-
li noui omnes, eſtque mecum agri pulchritudo. Si eſuriam, tibi haud dicã,
meus eſt enim orbis terræ, atque ea quæ in eo continentur. Num edam
B carnes taurorum, aut hircorum ſanguinem bibam? Immola Deo hoſtiam
laudis, reddéque vota tua altiſsimo, méque appella in die aduerſo, & te
liberabo, méque tu honore afficies. Peccatori autem dixit Deus, Cur tu
iuſta bonáque opera mea explanas, tuóque ore teſtamentum meum pro-
fers & excipis? præſertim cùm tu diſciplinam oderis, verbáque mea ne-
gligas, & contemnas. Si furem videbas, cum eo currebas, & cum adul-
teris & conſtupratoribus ſymbolum partémque tuam conferebas. Os
tuum malicia abundauit, & lingua tua dolos fraudéſque nectebat. Se-
dens in fratrem tuum dicebas, & filio matris tuæ opponebas ſcandalum.
C Hæc feciſti & tacui: immeritò me tui ſimilem fore putaſti. Te coarguã
ſceleráque tua tibi ob oculos ponam. Hæc intelligite quos Dei capit
obliuio, ne fortè rapiat, nec ſit qui eripiat. Hoſtia laudis me gloria affi-
ciet, ibíque iter quo ei conſeruatorem meum oſtendam. Non igitur ho-
ſtias & ſacrificia veſtra accipit, neque hæc vt egens principio fieri iuſsit,
ſed ob ſcelera veſtra. Etenim templum quod Hieroſolymitanum voca-
tur, non tanquam egens, domum ſuam vel atria eſſe profeſſus eſt, ſed vt
in hoc etiam ipſi obtemperantes, ſimulacra diuino honore minimè co-
leretis. Atque hoc ita habere Eſaias docet his verbis, Quã mihi domum
ædificaſtis? ait Dominus. Cælum mihi ſedes eſt, & terra ſcabellum pe-
dum meorũ. Quòd ſi hæc ita non fatebimur, multas abſurdas intelligen-
D tias cogemur ſuſcipere, probare Deum non eundem eſſe Enochi, cætero-
rúmque omnium, qui circuncisionem non habentes, nec ſabbata ſerua-
runt, nec cętera, quæ omnia Moſes fieri iuſsit, aut eadem eorum iura nõ
ſemper omne genus hominum facere voluiſſe, quæ confiteri ridiculum
& ſtultum videtur. Culpa autem hominum ſceleratorum eum qui ſit
ſemper idem, hæc atque alia eiuſdem generis præcepiſſe profiteri, & id
demum eſt humanum eum, prouidentem, nullius rei indigentem, iuſtũ
& bonum pronunciare. Alioqui ſi hæc non ita ſunt, mihi velim reſpon-
deatis, quænam ſint veſtra de his quæſtionibus ſententia. Cùm nemo
E homo quicquam reſponderet, hac de cauſa, Tryphon, iis etiam qui ſa-
cris noſtris initiari velint, prædico ego diuinum ſermonem, quem ex illo
viro audiui. Videte vt elementa non ceſſant, nec quieſcant: manete vt
facti eſtis. Si enim ante Abrahamum natum circunciſio minimè deſy-
derabatur, & ante Moſen ſabbato, diebus feſtis, ſacrificiiſque non erat o-

pus,ne hoc quidem tempore poſt Dei filium Ieſum Chriſtum, qui diui- A
no conſilio ſine peccato ex Virgine, quæ ab Abrahamo genus habuit,
natus eſt,ei vllus locus relinquitur. Abrahamus enim ipſe qui erat in præ-
putio, fide qua Deo credidit, iuſtus factus eſt, benedictionémque à Deo
accepit,quemadmodum ſcriptura declarat:circuncisionem autem ſignifi-
cationis cauſa non iuſtitiæ percepit,id quod & ſcripturæ & res nos cogũt
confiteri. Itaq; iure de populo illo dictum eſt, fore vt anima illa ex ſuo
genere deleretur,quæ die octauo minimè circunciderętur.Quinetiam ex
eo quòd non poſſunt fœminæ corporis circuncisionem percipere, intel-
ligitur ſigni cauſa datã eſſe hãc circuncisionẽ,nõ pro opere iuſtitiæ.Fecit
enim Deus, vt ea quæ iuſta ſunt,virtutíque conſentanea,omnia æquè e- B
tiam mulieres ſeruare poſſent. Sed figurã quidem carnis ac corporis aliã
atque aliam factam eſſe cernimus, maris & fœminæ: non tamen ex ea
alterutrum iuſtum aut iniuſtum eſſe ſcimus, ſed pietate & iuſtitia: quem-
admodum rurſus cultris ex petra præputium amputari iubebatur. Atque
hoc quidem,inquam, docere poteram, octauum diem magis quàm heb-
domadem prædicatum eſſe à Deo,his de cauſis myſterium quoddã con-
tinere:ſed ne hoc tempore orationem ad alia conuertere videar,hoc vo-
bis velim perſuadeatis,quod magna voce contendo, circuncisionis illius
ſublatum eſſe ſanguinem,nóſque conſeruatoris noſtri ſanguine confide- C
ἄνωθεν, vel ſuprà. re.Aliud eſt nunc teſtamentum,alia ex Sione lex exijt. Ieſus Chriſtus o-
mnes qui velint circuncidit,quemadmodum iterum prædicabatur,cultris
lapideis, vt iuſta gens ſit,populus fidei cuſtos,qui verum adipiſcatur, pa-
cémq; ſeruet. Venite vnà mecum omnes, qui deum metuitis,qui bona
Hieroſolymorum vultis viſere,venite,in Domini luce incedamus. Popu-
lum ſuum Iacobi familiam reliquit. Venite nationes omnes, Hieroſoly-
mã conueniamus,vrbem,quæ iam propter populorum ſcelera nõ oppu-
Eſa. 65. gnatur. Apparui enim, méque oſtendi ijs qui me non quærebant,ab iis
qui me non interrogabant,inuentus ſum,clamat per Eſaiã, Dixi,en ſum
gentium, quæ nomen meum non inuocauerunt. Expandi, porrexíque
manus meas toto die ad populum incredulum & aduerſum, qui non D
rectam viuendi viam ſequuntur, ſed ſcelera ſua repetunt, populus qui
me coràm concitat. Vobiſcum hæreditatem adire volent, etiam exigui
loci,iſti qui ſeipſi iuſtos bonóſque eſſe prædicant,ſeque Abrahami liberos
confirmant,quemadmodum Spiritus ſanctus Eſaiã clamantẽ,& tanquam
eorũ ore hęc dicentẽ inducit,Reſpice è cælo,& vide ex domo ſancti tui,
53. & glorię:æmulatio,& vis tua vbi eſt?Vbi miſericordiæ tuæ magnitudo,ꝙ
nos tuliſti Domine?Tu enim pater noſter es,ꝙ nos Abrahamus nõ noue
rit,& Iſraël nos non agnouerit:ſed tu Domine pater noſter nos eripe.Ab
initio nomen tuum eſt in nobis.Cur nos à via tua detorſiſti, obduraſtiq;
cor noſtrũ, ne te metuamus.Reſpice nos propter ſeruos tuos, propter tri- E
bus hęreditatis tuæ,vt vel paruũ locum in monte ſancto tuo hęreditario
iure teneamus.Idẽ ſumus,qui fuimus initio,tũ cùm nobis nõ imperabas,
54 neque nomẽ tuũ in nobis inuocatũ appellatúmq; erat.Si cęlum aperueris,
tremor

A tremor à te prodiẽs mõtes occupabit, ijq́ue colliqueſcẽt queádmodũ cera
igne liqueſcit:incẽdétq; ignis aduerſarios,noménq; tuũ aduerſarijs declara-
bitur,gẽtes cõſpectu vultúq; tuo terrebũtur.Cũ res pręclarás geſſeris,mõtes
tremor tui inuadet. Ex om̃i æternitate nõ audiuimus,nec oculi noſtri vide
rũt Deũ,niſi te tuáq; opera quæ facies ijs qui expectãt miſericordiã:eueniet
enim ijs qui quod iuſtũ eſt fecerint,viarũmq; tuarũ recordabũtur.En tu ira-
tus es,nóſq; peccauimus:ob eáq; cauſá de via deflexímus,omnéſq; immũdi
effecti ſumus,& inſtar panni deſidẽtis noſtra bona opera omnia: auulſiq;
ſumus,quemadmodum folia,propter ſcelera noſtra,ſic vẽtus nos deferet:
non eſt qui nomen tuum fidémque imploret,nec cui in mentem veniat,
retinere te,quòd faciem conſpectúmq; tuum à nobis auerteris,nóſq; ſce-
B leribus flagitiíſque noſtris impulſus tradideris. Nunc nos reſpice Domine,
quãdoquidẽ populus tuus ſumus omnes,ciuitas ſancti tui deſerta eſt, Sion
mons deſertus eſt,Hieroſolyma deteſtantur omnes,domus ſanctum,tem-
plum noſtrum , & gloria cui maiores noſtri bene precati ſunt, incendio
conſumpta eſt,omnes gentes gloriam adepræ ſunt,& tamen in his malis
noſtris patientem te præbuiſti,atque tacuiſti,nóſque vehementer abieci-
ſti.Hoc loco Tryphon,Quid ais,inquit,in monte ſancto Dei hęreditario
iure quicquã noſtrum poſſeſſurum eſſe neminem?Nõ hoc dico, inquam,
C ſed eos qui Chriſtũ exagitarunt & exagitant nec reſipiſcunt,nihil in mõ-
te ſancto Dei eſſe poſſeſſuros . Gentes autem quæ ei crediderint, pœni-
tentiáque ſe à ſceleribus quæ admiſerunt reuocauerint , cum Patriarchis,
Prophetis,ac bonis omnibus,qui ex Iacobo nati ſunt,hęreditatem conſe-
quẽtur,etiã ſi ſabbata minimè agant,nec præputia ſibi præcidant, nec fe-
ſtos dies agant:eæ,inquam,planè ſanctam Dei hęreditatem adipiſcentur.
Deũ enim Eſaias hæc dicẽtem facit,Ego Dominus Deus te vocaui in iu- 52.
ſtitia,manúmque tuam tenebo,téque confirmabo,te dedi & teſtamentũ
generi, & lucem gentibus, vt cæcorũ oculos aperias,& ex vinculis cõpe-
ditos educas,eóſque qui in tenebris ſedent è cuſtodia.Et rurſus,Tollire in
gente ſignũ.Dñs enim vſque ad fines terrę nũciauit.Filię Sionis dicite,En
D tibi ſeruator adeſt,qui mercedẽ ſuã reddit,opúſque ſuũ ante ſe,eúmq; po-
pulum ſanctũ à Domino redẽptum vocabit:tu verò ciuitas quæſita voca-
bere,nõ deſerta. Quis hic eſt, qui Edom venit & adeſt , rubris eius veſti- 53.
bus ex Boſor? Hic in tunica ſua pulcher eſt, deſcendens cum fortitudine.
Ego de iuſtitia loquor,Seruatoriſq; iudicio.Cur rubræ veſtes tuæ ſunt, &
amictus tuus inſtar eius qui torcular plenũ premit? Torcular preſsi ſolus,
nemóque mecum eſt gentium. Calcaui eos in furore meo,eóſdémque vt
terram perfregi & cõminui,& in terrã ſanguinem eorũ effudi. Dies enim
vlciſcendis eis vẽnit , annúſque redẽptionis adeſt. Vidi,nec adiutor erat,
E cõſyderaui nec quiſquã auxilium tulit. Eripuit eos brachiũ meum,furórq;
meus oppreſsit.Cõculcaui eos iracũdia incitatus,atq; in terrã eorũ ſanguinẽ
duxi.Ad hęc Tryphõ,Cur tu,inquit,quę tibi cõmodũ eſt eligẽs ex Propheta
rũ libris,profers:quæ autẽ planè apertéq; iubẽt ſabbatũ agi,nõ cõmemoras?
Eſaias enim ſcribit his fere verbis,Si pedẽ tuũ abduxeris à ſabbatis,ne volũ-

tati tuæ morem geras die ſancto, ſanctáque Dei tui ſabbata ocioſa voces, nec tollas pedem tuũ ad opus,nec verbũ tuo ore proferas,& domino cõfidas,& te ille ad bona terrę transferet,& alet Iacobi patris tui hęreditate. Hæc os Domini locutum eſt. Hæc, inquam, verba Prophetæ prætermiſi, non quòd mihi aduerſentur,ſed quòd intellexiſſetis,& intelligatis,Deum & ſi eadem vobis Prophetarum omnium prædictionibus præciperet,quæ Moſe miniſtro pręcepiſſet,tamẽ propter cordis veſtri duriciẽ atq; in ſe ingratã voluntatem,eadem ſemper magna voce inculcare,vt vel ita tandem aliquando reſipiſcentes, ipſi placeatis, & nec liberos veſtros dæmonijs immoletis, nec in latronum ſocietatem veniatis,dum vos & muneribus capimini, & gratiam ſequimini, dum nec pupillis ius dicitis,& viduarum cauſas negligitis, quin ne manus quidem plenas ſanguinis habeatis. Sioniæ enim filiæ ceruicem in inceſſu ſuſtulerunt,cùm & oculorum nutu interea luderent,& veſtes traherent. Omnes enim de via præceptorum diuinorum deflexerunt,vt clamat,Omnes ergo nequam euaſerunt,non eſt qui intelligat, non eſt, ne vnus quidem. Linguis ſuis dolos fraudéſque commenti ſunt. Sepulchrum patens guttur eorum eſt,Virus aſpidum labris eorum ſubeſt, in viíſque eorumdem oppreſsio & miſeria inuenitur, nec viam pacem adferentem norunt. Quapropter vt initio vitiis ſceleribúſque veſtris incitatus, hæc præcepta dedit, ſic propter veſtram in eis permanſionem, pertinaciam & obſtinationem, atque adeò acceſsionem, iiſdem vos in ſui memoriam & cognitionem vocat. Vos autem duri animi cordíſque populus, ſapientiæ expers, cæcus, & mutus, filiíque in quibus non eſt fides, quemadmodum ipſe ait, eum labris & ore modò colitis, corde autem & animo ab eo alieni eſtis, veſtrã propriámque diſciplinam, non ea quæ eius ſunt, docetis. Alioqui num Deus quæſo,Pontifices diebus ſabbati hoſtiis ſacrificiíſque offerendis peccare vellet? aut eos qui circunciduntur, & qui circuncidunt eo ipſo die, iubens octauo die ſemper eos qui nati eſſent circuncidi,etiam ſi dies ſit ſabbati? an non potuiſſet pridie, aut poſtridie vnius diei ſabbati facere eos qui naſcuntur, ſi id ſabbatis nefas eſſe exiſtimaſſet? aut etiam eis qui ante Moſem & Abrahamum natos,boni dicti ſunt, & accepti gratíque ei fuerunt,cùm nec circuncisi eſſent, nec ſabbata ſeruaſſent, cur hæc facienda minimè tradebat? Hoc loco Tryphon, Audiuimus, inquit, etiam antea cùm hoc proponeres, ac nos repreſsimus. Æquum eſt enim, vt verè & ingenuè fatear, in animi retentione, quod mihi & multis videtur, id ei videri dicere. Hæc enim excuſatio ſemper ijs parata eſt, qui non poſſunt ad rogata reſpondere. Quoniam & ſcriptis diuinis & ex rebus ipſis doceo,inquã,& demonſtro,non eſt quòd differatis aut dubitetis mihi qui circũciſus non ſim,credere.Breue enim hoc vobis aduentus & initiationis tempus relinquitur.Si Chriſtus tẽpus aduentus ſui anteuertat, fruſtra vos malè actę vitæ pœnitebit,fruſtra clamabitis,neq; enim vos audiet. Parate vobis noualia Hieremias populo clamauit, nec in vepres ſemen ſpargite. Circuncidimini Domino, præputiúmq; cordis & animi veſtri amputa-

te

A te. Nolite ergo inter ſpinas & vepres ſemen iacere, & in loco qui arari non poteſt, ex quo vos fructum percipere non poteſtis. Chriſtum cognoſcite, ac tum denique nouale, præclarum & pingue in veſtris ſtris cordibus animíſque videbitur. Dies enim veniunt, ait Dominus, & viſam omnes qui præputia ſua amputauerint, Ægyptum inſpiciam, Iudam, Edom, Moabque liberos: ſunt enim gentes omnes præputij participes, omníſque Iſraëlitica familia animam & cor non amputauit, nec circuncidit. Videtis vt Deus non hanc quærat, quæ ſigni cauſa data eſt circunciſionem? Nam nec Ægyptijs erat vtilis, nec Moab nec Edom liberis, ſed ſi quis etiam Scytha ſit, aut Perſa, Deíque & eius Chri-
B ſti notionem habeat, ſeruétque iura æterna, is præclara vtilíque circunciſione præditus eſt, eúmque Deus charum habet, eiúſque & muneribus & ſacrificijs delectatur. Proferam etiam vobis, ô amici, Dei opera & facta, cùm Malachias duodecim Prophetarum vnus, eum ad populum loquentem fecit his verbis, Non eſt in vobis voluntas mea, ait Domi- *Malach. 1.*
nus, nec hoſtias ſacrificiáque veſtra à manibus veſtris accipio, propterea quòd ab oriente ſole ad occidentem nomen meum in nationibus in gloria fuit, atque in omni loco hoſtia nomini meo, eáque munda immolatur: nam in nationibus nomen meum in honore eſt & precio, inquit Dominus, vos autem illud contaminaſtis. Per Dauidem quoque ait, Po- *Pſal. 17.*
C pulus quem non noui, mihi ſeruiuit, aurium auditu mihi obediuit. Gloria Deum afficiamus ſimul gentes quæ conuénimus, quòd etiam nos reſpe- *δοξάζομεν, vel δοξάσομεν legẽdũ videtur*
xit. Gloriam ei tribuamus, per regem gloriæ, per poteſtatum Dominum. Ei enim acceptæ ſunt gratǽque nationes, hoſtiáſque libentiùs melioréque animo à nobis quàm à vobis accipit. Quæ ergo mihi, qui Deum teſtem habeo, iam ratio erit circunciſionis? Quis illius baptiſmi vſus ei eſt, qui à Spiritu ſancto ablutus & expiatus eſt? Hac oratione eis etiam in quibus rationis eſt ac mentis aliqua particula, hæc me perſuaſurum eſſe exiſtimo. Neque enim à me verba, parata & inuenta ſunt, neque arte humana ornata, ſed ea Dauid cecinit, Eſaias pronunciauit, Zacharias præ-
D dicauit, Moſes literarum monumentis mandauit. Eáne tenes Tryphon? In ſcriptis literíſque veſtris condita ſunt, aut potius non in veſtris, ſed in noſtris præſertim cùm eis auctoritatem fidémque habeamus: Vos autem ea legentes eorum ſententiam non intelligatis. Nolite igitur acerbè ferre, neque nobis vt probrum obiectare corporis præputium, quod Deus ipſe finxit: nec verò indignum ducite, ſi nos in Sabbatis calidum bibamus: quandoquidem & Deus eandem mundi adminiſtrationem in hoc quoq; die, quam in cæteris omnibus procurauit: & pontifices ſacrificia quemadmodum alijs diebus, ſic in hoc iuſſi ſunt perficere: & hi tot homines
E qui nihil horum quæ lege conſtituta ſunt, feciſſent, à Deo ipſo iuſtitiæ virtutiſque teſtimonium habuerunt. Quinetiam veſtram ipſorum malitiam accuſatis, quòd etiã Deus calumnijs eorum qui mentis cõpotes non ſunt, patere poteſt, vt qui eadẽ iura nõ omnes docuerit. Multis enim hominibus

nibus à ratione aliena nec Deo digna viſa ſunt eſſe huiuſmodi inſtituta, ijs A
duntaxat, quibus non eſt datum, vt intelligant, populum veſtrum cùm improbè viueret, animíque morbo laboraret, ad conuerſionem & pœnitentiam patris à Deo vocatum eſſe: prophetiámque poſt Moſis mortem eſſe ſempiternam, atque in perpetuum valere. Idque à Dauide in pſalmis proditum eſt. Quinetiam nos qui ab illis verbis ſapientes redditi ſumus, illa dulciora eſſe melle & fauo confiteri, hinc conſtat, quòd vſque ad extremum ſpiritum eius nomen minimè negamus. Nos etiam ab eo in quem credimus, petere, vt nos ab alienis, id eſt improbis impoſtoribúſque ſpiritibus tueatur, verbum prophetiæ ex perſona vnius B
eorum qui in eum credunt expreſsit, ídque perſpicuum eſt omnibus. Rogamus enim, vt nos à malis genijs qui ſunt à Dei religione alieni, quos quondam venerabamur, tueatur, vt poſt illud tempus, cùm ad Deum eius ductu reuerſi ſumus, à culpa & peccato ſimus liberi ac ſoluti. Adiutorem enim eum vocamus & redemptorem, cuius etiam vim nominis dæmonia quoque exhorreſcunt, eadémque hodie, cùm Ieſu Chriſti, qui in crucem Pontio Pilato Iudçæ præfecto actus eſt, nomine adiuramus, ſubijciuntur & obediunt: vt ex hoc etiam perſpicuum ſit omnibus, eius patrem tantam illi dediſſe vim & poteſtatem, vt etiam dæmonia eius nomini obediant, eiúſque paſsionis, quę pręterijt, diſpenſationi. Quòd C
ſi eius paſsionis diſpenſationem tanta vis conſecuta eſſe ac conſequi docetur, quanta ea erit, qua in claro aduentu ſuo erit præditus? Hominis enim ſpecie & figura in ſummis altiſsimíſque nubibus videbitur, quemadmodum Daniël tradidit, cum angelorum multitudine. Daniëlis autem verba hæc ſunt, Spectabam cùm ſedes collocatæ eſſent, & antiquus dierum ſedit. Veſtis eius niuis candorem, capillus capitis lanæ mundæ ſpeciem, ſolium eius flammam ignis, rotæ illius ignis accenſi ſpeciem imitabantur. Fluuius igneus ex facie eius & conſpectu defluens, rapidus ferebatur. Millia millium ei miniſtrabãt, & decies millies centena millia eidem præſtò erant. Libri aperti ſunt, & iudicium ſedit. Spectabam D
tum ſermonum magnorum vocem, quos cornu proferebat: bellua in tympanis & fidiculis extincta eſt, eius corpus perijt, traditúmque eſt ignis incendio. Reliquarum beſtiarum commutatum eſt imperium, tempúſque vitæ beſtijs ad tempus & tempus conſtitutum eſt. Spectabam noctu in viſione, cùm ecce cum nubibus cæli tanquam filius hominis veniens, ad antiquum dierum peruenit, & coràm aderat, & qui aderant, eum deduxerunt, datáque eſt ei poteſtas & dignitas regia. Omnes terræ nationes in ſuo quæque genere, omníſque gloria ei ſeruiebat: eius poteſtas, poteſtas æterna, quæ non adimetur, & regnum eius quod non interibit. Horruit animus meus in eo ſtatu meo, méque capitis mei E
viſiones terruerunt. Accedo ad vnum eorũ qui ſtabãt, & ab eo horum omniũ veritatẽ exquiro. Reſpõdens ſermonum mihi interpretationẽ exponit. Hæ, inquit, quatuor magnę beſtiæ, quatuor regna ſunt, quę in terra interibunt

7. cap.

A ibunt, nec regnum vſque in ſeculum, & vſque in ſeculum ſeculorum
accipient. Tum diligentiùs & accuratiùs quærere volebam de quarta be-
ſtia, quæ omnia corrumperet ac tabefaceret, & terribilis valde eſſet, cuius
& dentes ferrei eſſent, & vngues ænei: quæ ederet, & tereret, pedibúſque
ſuis cætera omnia conculcaret. Scire etiam cupiebam quorſum decem
cornua ſpectarent quæ in capite haberet, itémque vnum quod natum eſ-
ſet, quod feciſſet, vt ex prioribus tria deciderent: quod idem cornu oculos
haberet, atque os quod magna & mira proferret, eiúſque aſpectus cæte-
ra vinceret: cùm inſpexi cornu illud bellum cum ſanctis gerens eóſq; ve-
xans, dum antiquus dierum veniſſet, dediſſétque ſanctis altiſsimi iudiciũ.
B Cúmque tempus veniſſet, ſancti Dei altiſsimi regnum adepti ſunt. De
quartáq; beſtia hoc mihi cõmemoratum eſt, Quartũ regnum erit in terra,
quod his regnis omnibus excellet, omnémque terram vorabit, euertet, &
comminuet. Decémque cornua, decem reges ſunt: qui his ſuccedet, is ma-
lis & peccatis prę ſuperioribus inquinabitur, tréſq; reges abiectos reddet,
conuiciiſque altiſsimum maledictiſq; vexabit, & cæteros altiſsimi ſanctos
delebit, ſeque tempora & tempora cõmutare poſſe ſperabit: quod ei con-
cedetur ad tempus eius & tempora, & dimidiam partem temporis: iudi-
ciúmque ſedit, & principatum mutabunt, vt deleant, & tandem euertant
funditus. Regnum verò, poteſtas, & magnitudo locorũ quibus regna quæ
C cælum hoc videt, definiutur, populo ſancto altiſsimi data ſunt, vt in regno
ſempiterno poteſtatem regiam obtineãt: eíque poteſtates ac reges omnes
ſubijcientur atque parebunt. Hîc finem & terminum habuit oratio. Ego
Daniel vehementer obſtupeſcebam, mihíq; mutatus ſermo eſt, & verbum
in animo meo cuſtodiui. Cùm finem dicendi hoc loco feciſſem, Tryphô,
Hæ nos, inquit, ſcripturæ atque aliæ eiuſdem generis, clarum ac magnũ
qui figura hominis ab antiquo dierum regnum æternum accepturus eſt,
expectare cogunt. Iſte autem veſter qui Chriſtus dicitur, ſine honore ac
nomine inglorius vixit, adeò vt grauiſsimo maledicto omniũ quę in diui-
na lege extant, vexatus ſit. In crucem enim actus eſt. Tum ego, ſi ijs ſcri-
D pturæ locis quæ antè protuli, ſpeciem eius ingloriam, eiuſdémque genus
quod exponi non poſſet non docui, nec pro morte illius diuites moritu-
ros, nóſque eius liuore curatos eſſe, & ouis inſtar eum ductum iri ad mor-
tem demonſtraui, duóſque illius aduẽtus fore expoſui, vnum eum in quo
à vobis confoſſus eſſet, alterum in quo agnoſcetis eum quem confodi-
ſtis, veſtræque tribus lamentabuntũr, tribúſue tribum, mulieres ſecum,
viri priuatim ac propriè: profectò incerta & ambĩgua videbar dicere. Nunc
omnibus ſermonibus & verbis quæ ex ijs ſcripturis quas ſanctas & pro-
pheticas habetis, omnia doceo, ſperans aliquẽ ex vobis reperiri poſſe, qui
Domini exercituum conceſſu ac munere ad eum qui comprehenſus eſt
ac æternã ſalutem pertineat. Quapropter quò planius vobis nunc fiat id
E quod quæritur, alia etiam verba quibus beatus Dauid vſus eſt, vobis
proferam, ex quibus & Dominum, Chriſtum ipſum à ſancto prophetico
ſpiritu dici intelligetis, & dominũ omnium patrem ex terra efferentẽ, & ad
dextram

dextrã ſuam collocantẽ, dum illius hoſtes & inimicos eius pedibus ſuppo- A
nat. id quod fit, ex quo in cælum euectus eſt, poſteà quàm à mortuis & inferis excitatus eſſet Dominus noſter Ieſus Chriſtus, completis temporibus, quibus eũ qui maledicta in altiſsimũ iacturus eſſet, & iã adeſſet tẽpus & tempora dimidiámque temporis partem, regnum obtenturum Daniel exponit. Vos autem qui quandiu obtenturus ſit ignoratis, aliud exiſtimatis. Tempus enim centum annos dici opinamini. Quod ſi ita eſt, ſceleſtũ illum hominem vt minimum trecentos quinquaginta annos regnare oportet, vt quod à ſancto Daniele dictum eſt, ad tempora, duo tantùm tẽpora dici numeremus. Hæc autem omnia quæ dixi, aberrans à propoſito dico, vt tandem aliquando illo loco qui contra vos à Deo pronuntiatus B
29. eſt, Filij inſipientes ſunt adducti, atque hoc, Ob id ecce addam vt populũ iſtum transferam eóſque transferam, & ſapientiam ſapientibus adimam, & ſcientiam doctorum eorum occultabo: deſinatis & vos & eos qui vos audiunt, in errorẽ impellere, & cùm à nobis didiceritis, ab ijs diſcedatis qui à Chriſti munere ſapientiam adepti aberrarunt. Hæc autem Dauîdis ver-
109. ba ſunt, Dixit Dominus Domino meo, ſede ad dextram meam, dum inimicos tuos pedibus tuis ſupponam. Virgam poteſtatis emittet tibi Dominus ex Sione, & dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principatus eſt in die potentiæ tuæ in ſanctorum tuorũ ſplendoribus: te ex vẽtro ante luciferum genui. Iurauit Dominus, neque eum pœnitebit, Tu es C
ſacerdos æternus Melchiſedecini ordinis. Dominus ad dextrã tuam reges in die iræ ſuæ contriuit, in nationibus iudicabit, ruinas complebit, Ex torrente in via bibet, ob eámque cauſam caput eriget. Pſalmum hunc vos de Ezechia rege dici interpretari audetis: hoc non ignoro, inquam. Vos autem in errore verſatos eſſe, ex verbis ipſis iam vobis demonſtrabo. Iurauit Dominus, nec mutabit ſententiam, dictum eſt, &, Tu es ſacerdos in perpetuum ordinis Melchiſedeci: & quæ ſequuntur, & quæ antecedunt. Sacerdotem porrò nec fuiſſe Ezechiam, neque eſſe æternum Dei ſacerdotẽ, ne vos quidem repugnare audebitis. Illa autem de noſtro Ieſu dicta eſſe voces etiam ipſæ indicant: Sed aures veſtræ obſtructæ ſunt, & excæcata D
corda. Illo enim loco, Iurauit Dominus, neque eum pœnitebit, Tu es ſacerdos perpetuus ordinis Melchiſedeci: cum iureiurando Deus propter perfidiam veſtram eum ordinis Melchiſedeci pontificem eſſe declarauit, id eſt, quemadmodum Melchiſedecus altiſsimi Dei ſacerdos à Moſe fuiſſe commemoratus eſt, & hic eorum qui in præputio erant, ſacerdos erat, atque Abrahamo qui in circuncißione ipſi decumas obtulit, bene precatus eſt & benedixit: ſic perpetuum ſacerdotem ſuum, & Dominum à ſancto Spiritu vocatum Deus eorum qui præputium haberent, futurum declarabat, recepturúmque & benedicturum eis qui in circũciſione ad ſe accederent, id eſt qui ſibi crederent, benedictionéſque à ſe peterent. Eundémq; E
primùm abiectũ iri, deinde ſublimẽ clarúmq; fore, ea quę in extremo pſalmo ſunt, docent. Ex torrente enim in via bibet, & ſimul ob id caput eriget. Iam verò vt vobis perſuadeam, nihil vos ſcripturarum intellexiſſe, aliũ etiam

A etiam Dauîdis pſalmum, qui à Spiritu ſancto ductus eſt, proferam, quem eundẽ de Salomone qui idem quoq; rex veſter fuit, dictũ aſſeritis: ſed de Chriſto idem quoque ſcriptus eſt, vos autem ambiguis verbis voſmetipſos decipitis, & in errorem inducitis. Vbi enim lex Domini ſine macula eſſe dicta eſt, non eam quæ poſt illam futura erat, ſed illam Moſis eſſe interpretamini, cùm Deus legem nouam ſe daturum, nouúmque teſtamentum facturum eſſe clamet. Atque vbi dictum eſt, Deus iudicium tuum regi da, quoniam Salomon rex fuit, de eo pſalmum illum ſcriptum eſſe contenditis, cùm pſalmi verba, de perpetuo ſacerdote, id eſt, de Chriſto ſcriptum apertè prædicent. Chriſtus enim rex, ſacerdos, Deus, Dominus, angelus, homo, dux belli, lapis, puer qui na-
B ſcitur, qui primùm patiendi vim habuit, deinde in cælum aſcendit, & rurſum cum gloria venturus eſt, æternúmque regnum habere prædictus eſt: quemadmodum ſcripturis omnibus doceo. Atque vt quod dixi, intelligatis, pſalmi verba profero: ſunt autem hæc, Deus regi da iudi- *Pſal.61.*
cium tuum, & iuſtitiam tuam regis filio, vt iudicet iuſtè populum tuum pauperéſque tuos in iudicio. Excipiant montes populos, & colles iuſtitiam. Populi pauperes iudicabit, pauperúmque ſeruabit filios: calumniatorem abiiciet: permanebit cum ſole & ante lunam in perpetuum. Delabetur vt pluuia ſolet in vellus, & quemadmodum in terram gutta
C inſtillare ſolet. Orietur illius temporibus iuſtitia, pacíſque abundantia, quoad luna auferatur. A mari vſque ad mare dominabitur, à fluminibus ad orbis terminos. Coram eo Æthiopes ſe abiicient, terrámque lambent eius inimici. Reges Tharſenſes & inſulæ munera proferent, reges Arabum Sabæíque dona ſecum afferent: eúmque reges omnes terræ venerabuntur, omnéſque nationes ei ſeruient, quòd pauperem è potentis imperio eripuit, & inopem, cui nemo auxilium ferebat. Ignoſcet pauperi & inopi, animóſque egentum ſeruabit. Vſuris & ſceleribus animos eorũ oppreſſos redimet: eiúſque nomen apud eos erit in honore & precio. Viuet, eíque Arabiæ aurum dabitur, ac pro eo ſemper adorabunt, eí-
D que quotidie benedicent. Erit in terra ſtabilis, in cacuminibus montium efferetur, fructus eius vltra Libanum, atque ex ciuitate inſtar herbæ effloreſcent. Nomen eius laudibus in perpetuum efferetur: ante ſolem nomen eius extat. Omnes nationes eius nomine ac benignitate benedicentur, eum omnes gentes laudabunt, beatúmque ducent. Laudabilis eſt Dominus, Iſraëlitici populi Deus, qui vnus res admirationis plenas efficit: eiúſque clarum nomen perpetua laude ornatum eſt, & in omnem terram eius patebit gloria: fiat, fiat. In hoc extremo pſalmo quem protuli, ſcriptum eſt, Dauîdis Ieſſæ filij hymni ac laudes finem habue-
E runt & terminum. Salomonem equidem, quo rege domus Hieroſolymitana dicta, ædificata eſt, clarum magnúmque regem fuiſſe ſcio: ſed nihil eorum quæ in pſalmo commemorata ſunt, ei conuenire conſtat. Nam nec reges omnes eum venerati ſunt, neque eius regnum & im-

perium ad orbis terræ terminos pertinuit, neque eius hoſtes, cùm ſe in A
illius conſpectu in terram abieciſſent, puluerem lingua contigerunt. Quinetiam non dubitabo dicere ea quæ geſta ab eo eſſe in libris regnorum memoriæ proditum eſt, eum amore captum Sidonæ ſimulachris diuinos honores cultúmque tribuiſſe: id quod facere non ſuſtinet ij, qui ex Gentibus, Ieſu qui cruci ſuffixus eſt beneficio, vniuerſitatis huius effectorem & parentem Deũ agnouerunt: ſed omnia verbera & ſupplicia morte etiam crudeliſsima propoſita perferũt, ne ſimulachra colant, eiſq; cibis, qui eis immolati ſunt,, veſcantur. Tum Tryphon, Atqui audio, inquit, multos eorum qui ſe Ieſum profiteri dicunt, appellantúrque Chriſtiani, ea quæ ſimulachris immolata ſunt, edere, cùm interea hæc ſibi obeſſe ac nocere negent. B Ad hæc ego, Ex eo etiam, inquam, quòd eiuſmodi ſunt homines qui ſe Chriſtianos eſſe profitentur, ac Ieſum eum qui in crucẽ actus eſt, & Dominum & Chriſtum confitentur, nec eius præcepta docent, ſed ea quæ ſpiritus errotis tradiderunt: nos qui veræ Ieſu Chriſti puræque doctrinæ ſumus diſcipuli, in ſpe quam ipſe oſtendit & nunciauit, maiores credendo radices agimus. Quæ enim præoccupatione eius nomine euentura commemoraui, ea oculis & re perfici cernimus.
Matth. 7. Ait enim, Multi nomine meo venient, qui extrinſecus pellibus ouium amicti erunt, intus autem in animo lupi ſunt rapaces. &, Erunt ſchiſmata & hæreſes, &, Cauete vobis à falſis Prophetis, qui venient ad vos extrinſecus amicti pellibus ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. &, C
Matth. 4. Exiſtent multi falſi Chriſti, falſique Apoſtoli, iſque multos fideles decipient. Sunt igitur, fuerúntque permulti, qui cùm Ieſu nomine veniſſent, tamen indigna maieſtate diuina, contumeliarúmque plena & dicere & facere docuerunt. Atque ex nobis prodeunt, à virorum appellatione, ex quibus vna quæque diſciplina & ſententia originem habuit. Alij enim alio modo faciunt doctrina ſua, vt & huius vniuerſitatis effector contumeliis afficiatur, & Chriſtus, quem venturum eſſe prædixit; & Abrahami, Iſaaci ac Iacobi Deus, quorum cum nemine ſocietate communionéque vitæ coniungimur: qui cùm ſe & negare Deum, D & impios eſſe oſtendãt, vitiiſque & ſceleribus inquinatos, ac pro Ieſu religione, eum nomine tantùm profiteri: tamen Chriſtianos etiam ſe eſſe profitentur, non ſecus atque ij qui in nationibus Dei nomen ijs quæ manuum opere & arte facta ſunt, tribuunt, nefariiſque & Dei maieſtate indignis ſacris ſe contaminant & polluunt. Ac eorum quidem nonnulli Marciani vocantur, alij Valentiniani, alij Baſilidiani, quidam Satutneliani, alij alio nomine à ſententiæ diſciplinæq; principe vnuſquiſq; nominatur. Quemadmodum etiam vnuſquiſque eorum qui ſibi philoſophandũ cenſent, initio vt dixi, à parente rationis nomen philoſophiæ, E cui ſtudet, ſibi imponendũ iudicat. Itaq; & ex his nos, quemadmodũ dixi, Ieſum ea etiã quæ eo mortuo euentura erant, præ nouiſſe intelligimus, & ex alijs multis, quæ iis qui ipſum Chriſtũ crederent atq; profiterẽtur, caſura
eſſe

A eſſe prædixit. Quæ enim perferimus dum à familiaribus & propinquis interficimur, omnia nobis euentura multo antè dixit, vt nulla ratione eius oratio aut actio reprehenſione digna eſſe videatur. Itaque pro vobis & pro cæteris omnibus hominibus qui nobis infeſti ſunt, precamur, vt cùm vos antè actæ vitæ vnà nobiſcum pœnituerit, ipſi Chriſtum Ieſum maledictis non vexetis, qui & factis, & miraculis quæ eius nomine his etiam temporibus eduntur, & diſciplinæ ſermonibus, & prophetiis quæ de illo à vatibus ſcriptæ ſunt, ab omni culpa & crimine omni ex parte remotus fuit: ſed cùm ei credideritis, in eo illius altero aduentu, qui clarus futurus eſt ſeruemini, neque ab eo pœna ignis condemnemini. Ad hæc B ille, Sint ſanè iſta, inquit, vt ais, Prophetæq; ſcriptis ſuis Chriſtū patibilem naturā habiturum prædixerint, appellatus ſit lapis & clarus poſt priorem eius aduentum, in quo patibilis ex Prophetarum ſcriptis futurus intelligitur: fac etiam deinceps iudicem eum, æternúmque regem fore, & ſacerdotem. Hunc autem illum eſſe de quo hæc vaticinati ſint Prophetæ, doce. Tum ego, Vt libet, inquam, ô Tryphon, ad has quas vis rationes concluſionéſque idoneo loco veniam. nunc autem patere me primū repetere memoria eas vatum ſcripturas quas velim, vt & Deum & Dominū virtutum Chriſtū eſſe doceam, eúmque Iacobum ex ſimilitudine à Spiritu ſancto vocari, veſtróſque interpretes, quemadmodum Deus clamat, C ſtultos eſſe, qui pſalmum quendam non de Chriſto ſcriptum eſſe dicant, ſed de Salomone, cùm teſtimonij tabernaculum in templum quod ędificauerat, intulit. Dauidis autem pſalmus hic eſt, Domini eſt terra, & quicquid ea continetur, orbis & omnes qui in eo habitant. Is in mari eam fundauit, & in fluminibus parauit. Quis in mōtem Domini aſcendet? aut quis in ſancto eius loco ſtabit? Innocens manibus & mundo corde, qui non fruſtra animam ſuā accepit, nec proximo ſuo dolo iurauit. Hic benedictionem laudémque à Domino conſequetur, & à Deo conſeruatore ſuo miſericordiam. Hoc genus eſt eorum qui Dominum quærunt, qui conſpectum Dei Iacobi quærunt. Tollite portas veſtras principes, aper- D táque eſtote portæ æternæ, & rex gloriæ introibit. Quis hic eſt rex gloriæ? Dominus fortis & potens in prælio. Tollite portas veſtras principes, apertæque ſuntote portæ æternæ, & rex gloriæ introibit. Quis hic eſt rex gloriæ? Dominus virtutum, idémque rex eſt gloriæ. Demonſtratum eſt igitur non Salomonem virtutum eſſe Dominum, ſed Chriſtum noſtrum, cùm à mortuis excitatus eſt, & cælos conſcendit. Iubentur principes à Deo delecti portas cælorum aperire, vt hic qui eſt rex gloriæ plenus, intret, & ad dextrā patris ſedeat, dum eius hoſtes illius pedibus ſupponat, quemadmodum alio pſalmo declaratum eſt. Quoniam enim ij qui E in cælis erant principes, deformem eū, ſine honore & gloria videbāt, cùm eum nō agnoſcerent, quærebāt, Quis hic eſt rex gloriæ plenus? eiſq; Spiritus ſanctus reſpōdet vel ex perſona patris, vel ſua, Dominus virtutū ipſe eſt rex gloriæ. Omnes enim conceſſuros arbitror, hoc neminē auſurum fuiſſe dicere, eorum qui portis & foribus templi Hieroſolymitani præfuerunt,

23. Pſal.

quis hic eſt rex gloriæ?Nec de Salomone,qui adeò clarus rex fuerit, nec de teſtimonij tabernaculo. Atque etiam in pſalmi ſexti & quadrageſimi diuiſione,Ita,inquam,de Chriſto dictum eſt,Aſcēdit Deus in iubilatu,Dominus in ſono tubæ. Canite Deo noſtro,canite,canite regi noſtro,canite Deum vniuerſæ terræ eſſe regē,canite intelligēter.Regnauit Deus in gentibus,Deus in ſolio ſancto ſuo ſedet. Principes populorū cum Deo Abrahami conuenerunt, quòd dei fortes terreni,vehementer elati ſunt.In octauo etiam & nonageſimo pſalmo,vobis Spiritus ſanctus vitio vertit, & hunc quem regem non vultis eſſe, regem Dominúmque & Samuelis & Aaronū & Moſis,cæterorúmque omniū planè eſſe indicat,his verbis,Dominus regnauit,iraſcuntur populi:qui in Cherubinis ſedet, terra moueatur.Dominus in Sione magnus eſt,& omnibus populis altior.Laus nomini eius magno tribuatur,propterea quòd terribile & ſanctum eſt,& regis honor iudicium diligit.Tu rectas vias paraſti,iudicium & iuſtitiam in Iacobi familia coluiſti.Efferte Dominum Deum noſtrū laudibus,& ſcabellū pedum eius veneramini,propterea quòd ſanctus eſt.Moſes & Aaronius in eius ſacerdotibus habētur,& Samuēl in iis qui eius nomen appellant.Appellabāt,inquit ſcriptura,Dominum,iſque eos audiebat, in columna nubis eos alloquebatur,quòd ipſius teſtimonia ſeruarent, & præcepto,quod eis dediſſet,parērēt.Domine Deus noſter,tu eos audiebas.Deus,tu eis propitius fuiſti,eorúmque ſtudia vltus es. Efferte Dominum Deum noſtrum laudibus,& in mōte ſancto ſuo adorate.Dominus enim Deus noſter ſanctus eſt.Hoc loco,Tryphon, Præclarum erat & honeſtum,inquit, nobis qui doctoribus latoribus legis credidimus,cum veſtrū nemine ſermonem habere,nec tecum de his verbis ac ſermonibus cōmunicare. Multa enim profers conuicia & maledicta, qui nobis velis perſuadere iſtum qui cruci ſuffixus fuerit,verſatum eſſe cum Moſe & Aaronio,ac cum eis in colūna ex nube eſſe collocutum: deinde cùm homo factus eſſet,in crucem actum eſſe,& aſcendiſſe in cælum,rurſúmque in terra affuturum,dignúmque eſſe veneratione.Tum ad hæc ego,Scio, inquam, id quod Dei verbū declarauit,abſtruſam occultámque vobis eſſe magnam hanc parentis vniuerſitatis ac rerum omnium præpotentis Dei ſapientiam. Itaque miſericordia in vos permotus,efficere conor,vt hæc quæ contra opinionem veſtrā ſunt,intelligatis:ſin minus, vt etiam ipſe in iudicij die à culpa abſim. Iam enim alia verba his etiam admirabiliora audietis. Sed ne cōturbemini,attentioréſque vos auditores & æſtimatores præbete:iis,quæ vobis tradunt magiſtri veſtri,repudiatis.Nō enim ea quæ per Deum à ſpiritu Prophetico prædicta ſunt,intelligere poſſe conuincuntur,ſed ſua potius docere velle.Hæc quidē in quarto & quadrageſimo pſalmo ſimiliter de Chriſto dicta ſunt:Eructauit cor meum verbum bonum,dico ego opera mea regi. Lingua mea ſcribæ,qui celeriter ſcribit,eſt calamus. Honeſta facie præ filiis hominum: effuſa eſt in labra tua gratia,ob eámque cauſam tibi Deus in perpetuum benedixit. Accingere gladio tuo in femore, ô fortis, forma tua pulchritudinéque, & intende, & ſecundum curſum in

via

A via tene,& regalẽ obtine poteſtatem propter veritatem, clemẽtiam & iuſtitiam,& te mirabiliter dextra tua ducet. Sagittæ tuæ acutæ ſunt ô fortis, populi tibi ſubiiciẽtur,in corde inimicorũ regis. Solium tuum Deus,in ſeculum & in perpetuum durat:virga æquitatis,virga regni tui. Dilexiſti virtutem & odiſti vitia:ob eámque cauſam te Deus tuus oleo lętitiæ pleniùs quàm ſocios tuos vnxit atque perfudit. Myrrham & Stacten & caſiã veſtes tuæ redolent, domúſque eburneæ ex quibus te lætitia afficiunt regũ filiæ in dignitate tua. præſtò eſt ad dextram tuam regina,aureis variíſq; amicta veſtibus. Audi filia & vide,aurémque tuam demitte,populíſque tui ac domus paternæ tui capiat obliuio: túmq; rex pulchritudinem tuam cõ B cupiſcet,quia ipſe eſt Dominus Deus tuus,eúmque venerabuntur,& filia Tyri in muneribus. Os tuũ diuites plebis præcabuntur. Omnis filiæ regis gloria intrinſecus in fimbriis aureis amicta, variegata. Offerentur regi, quę eam ſequuntur virgines,eiuſdémque proximæ tibi: offerentur lætis geſtientibúſque animis,in templum regis adducentur. Pro patribus tuis nati ſunt liberi tui:eos in terra principes conſtitues nomen tuum memoria colam ſempiterna. Ob eámque cauſam populi tibi perpetuã laudem tribuẽt.

Nec mirum videri debet,inquam,ſi nos qui hęc intelligimus,perpetuámque animi veſtri pertinaciam reprehendimus,odiſtis. Etenim Elias de vobis cum Deo loquẽs,his verbis vtitur, Domine Prophetas tuos occiderũt, C aráſque tuas diruerunt:ego vnus relictus ſum, & vitam meam appetunt. *3. Reg. 19.* Eíque reſpondet, Sunt etiam mihi ſeptem milia virorum, qui genu Baal non flexerunt. Quemadmodum igitur propter ſeptem millia illa virorum non ſumpſit tum ſupplicium Deus, ſic etiam his temporibus nõdum iudicium profert aut protulit, quòd ſciat quotidie nonnullos in ſuo nomine informari,viámque erroris deſerere, qui etiam dona & munera percipiunt,pro ſua quiſque dignitate, dum Chriſti huius illuſtrantur nomine. Alius enim ſapientiæ ſpiritum accipit,alius conſilij,quidam roboris,alius curationis,alius pręnotionis,aliquis diſciplinę & doctrinę,alius Dei metus.

Ad hæc Tryphõ,hoc tibi,inquit,velim perſuadeas,te hæc dicentẽ deſipe- D re ac delirare mihi videri. Audi,inquã,nõ inſanire,aut delirare me:ſed poſt Chriſti in cælum reditum hoc Prophetiæ ſpiritu prædictũ eſſe,fore vt nos ab errore liberaret,nobíſque largiretur munera. Sunt autem hæc verba, Aſcendit in cælum,captiuitatem captiuam duxit,hominibus munera largitus eſt. *Pſal. 67.* Nos ergo qui à Chriſto qui in cælum aſcendit dona accepimus, vos qui iudicio veſtro, ſapientes eſtis & apud vos docti, ſtultos & mentis non eſſe veſtræ verbis Prophetarum docemus,labríſque modò Deum & Chriſtum eius colere. Nos verò & factis, & cognitione, & animo vſque ad extremum ſpiritum qui omnem veritatem ddicimus, colimus. E Vos fortaſſe ideo etiam dubitatis hunc Chriſtum eſſe profiteri, quemadmodum ſcripturæ docent, & quæ videntur, quǽque eius nomine fiunt, à magiſtratibus & principibus exagitemini, qui ab improbi & veteratoris ſpiritus, id eſt,ſerpentis opere non deſinẽt interficere & exagitare eos,qui Chriſti nomẽ profitentur,dum redeat,& omnes deleat,& cui-

que tribuat pro dignitate. Tum Tryphon, Tu tandem aliquando, inquit, A
doce hunc quem cruci ſuffixum, & in cælum rediiſſe confirmas, Chriſtũ
Dei eſſe. Nam Chriſtum patibilem naturã habiturũ ſcripturæ prædicunt,
& reuerſurũ cum gloria, ęternúmque in omneis nationes, & ęquum imperium cõſequuturum, ſubiectis ei regnis imperiiſque omnibus, ſatis ſcripturæ quę à te prolatæ ſunt demonſtrant. Hũc autem illũ eſſe, fac doceas. Ego ad hęc, Iam, inquã, demõſtratũ eſt ijs qui aures habent, ex ijs etiã quæ à vobis conceſſa ſunt: ſed ne mihi orationẽ deeſſe putetis, aut non poſſe me ea etiam quæ vultis probare & docere, id quemadmodũ pollicitus ſum, idoneo loco faciam. Nunc ad ea quæ coniuncta ſunt, & cohærent cum ijs verbis quæ feci, reuertor. Myſterium quidem ouis, quæ iuſſu Dei in die feſto Paſchæ immolabatur, exemplum quoddam & figura Chriſti erat, cuius ſanguine fidei quæ illi habetur ratione & nomine domos ſuas, id eſt, ſeipſos vngunt & perfundunt ij qui ei credunt. Nam Adamum quẽ Deus finxit, domum fuiſſe diuini ſpiritus omnes etiam intelligere poteſtis: atque hoc præceptum ad tempus datum eſſe hinc doceo, quòd nuſquam immolari ouem ſiue agnum Paſchæ Deus patitur, niſi eo in loco, in quo nomen eius inuocatum eſt, quòd ſciret venturos dies poſt Chriſti paſsionem, cùm etiam locus, & vrbs Hieroſolyma in manus inimicorum hoſtiúmque veſtrorum veniret: omniáq; ſacrificia omnino deſinerent. Atq; etiam agnus ille, quem aſſum iuſſu Dei eſſe oportebat, paſsionis, ſuppliciique crucis, quo Chriſtus afficiendus erat, fuit ſignificatio. Agni enim qui aſſus redditur, carnes dum, vt ita dicam, aſſantur, ſpeciem crucis præferunt. Vnũ enim rectũ veru ab infimis partibus ad caput peruenit, vnúmque rurſus quod per dorſum pertinet, cui agni pedes cõiunguntur. Hirci etiam duo qui in ieiunio ſimiles eſſe iuſsi ſunt, quorum vnus pro peccato erat, alter immolabatur, duplicis Chriſti aduentus erant prænũtij: vnius quidem, in quo eum quaſi piaculum amandarunt maiores natu gentis veſtrę atq; ſacerdotes, cùm & in eum manus inieciſſent, & eum morte mulctaſſent. Poſterioris autẽ, quòd in eodem loco Hieroſolymis eum à vobis ignominia & dedecore affectum agnoſcetis, in quo immolatus eſt pro omnibus peccatoribus quos malè actæ vitæ ſpõte pœnituerit, ídq; ieiuniũ quod Eſaias exponit, ſeruantibus, diſſoluendis vinculis violentarum commutationum, cæteríſque omnibus perficiendis, quæ & ille enumerauit, & ego antè dixi, quæ quidem ij qui Ieſu credunt, efficiunt omnia. Quinetiam hircorum duorum qui in ieiunio offerri iuſsi ſunt, ſacrificium, nuſquam conceſſum eſſe vt fieret, niſi Hieroſolymis, ſcitis. Atque etiam vacca quæ pro iis qui elephantia expiarentur, immolari iuſſa eſt, figura erat & quoddam quaſi ſimulachrũ panis Euchariſtiæ, quem mortis ſuæ recolendæ cauſa, quam pro iis quorum animi ab omni ſcelere expiarentur pertulit Ieſus Chriſtus Dominus noſter, faciendum tradidit, vt Deo gratias agamus, & quòd mundum cum omnibus quæ in eo continentur, hominis cauſa condidit, & quòd nos à vitiis in quibus fuimus, liberauit, poteſtatéſque planè deleuit, per eum qui

A qui eius conſilio & ſententia patibilem naturam ſuſceperit. Hinc de iis
hoſtiis quas tum immolabatis, Deus per Malachiam, vnū ex duodecim,
vt antè dixi, loquitur hoc modo, Non eſt in vobis voluntas mea, ait Do *Cap.1.*
minus, nec ſacrificia veſtra ex manibus veſtris accipiam; quòd nomen
meum ab ortu ſolis ad occaſum in gloria fuit in gentibus, in omníque
loco odores incenſi nomini meo offeruntur, mundúmque ſacrificium,
quòd magnum eſt in nationibus nomen meum, ait Dominus. Vos au-
tem illud inquinatis & polluitis. De hoſtiis quæ ipſi à nobis gentibus vbi-
que offeruntur, id eſt, de pane Euchariſtiæ, & poculo ſimiliter Euchari-
ſtiæ tum prædicit, cùm ait, à nobis nomen ſuum gloria affici, à vobis au
B tem pollui. Præceptum autem & lex de circunciſione, quæ iubebat cir-
cūcidi octauo die ex omnibus ea quæ naſcerētur, erat ſimulachrū veræ cir
cūciſionis, qua omnem errorem & ſcelus deponimus, Ieſu Chriſti Domi-
ni noſtri, qui vno ſabbatorū die à mortuis excitatus eſt, benignitate. Vnus
enim ſabbatorum dies, cùm primus maneat dierum omnium, omniū rur
ſus dierum qui in orbem reuoluuntur, enumeratione octauus vocatur, i-
démque primus manet. Quinetiam illud quod traditum eſt, vt duode-
cim tintinabula è veſte talari pontificis penderent, ſimulachrū erat duo-
decim apoſtolorum, qui vi æterni pontificis Chriſti incenſi ſunt, quorum
C voce & oratione terra omnis Dei, eiúſque Chriſti gloriæ & gratiæ plena
eſt. Itaque Dauid ait, In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines *Pſal.17.*
orbis terrę eorū verba. Eſaias etiam quaſi ex perſona Apoſtolorū Chriſto
dicentiū, nō auditui ſuo credere homines, ſed vi illius à quo miſſi eſſent.
Itaque ait hoc modo, Domine quis auditui noſtro credidit? & brachiū
Domini, cui patefactum eſt? nunciauimus coram ipſo, vt puer, vt radix
in terra ſitienti, & quæ ſequuntur prophetiæ, & antè prolata ſunt. Illud *Eſaie.53.*
autem quòd verba fiunt, vt à multis, Nūciauimus coram ipſo, & infertur
vt puerū, declarat improbos cùm ei paruiſſent, eius præcepto obtēperaſſe,
omnéſque vnius pueri inſtar factos eſſe: id quod etiam in corpore videre
D licet, cùm multa membra numerentur, vnum vocātur, & ſunt corpus o-
mnia. Nam & populus & Eccleſia cùm multi ſint homines numero, vt
ſi res vna eſſent, vno nomine vocantur & appellantur. Cætera etiam o-
mnia omnino, quæ à Moſe præſcripta ſunt, enumerando poſſum doce-
re figuras, ſignificationes, & ſimulachra eorum fuiſſe, quæ Chriſto euentu-
ra erant, & eorum quos ſibi credituros prænouerat, itémque eorum quę
Chriſtus ipſe facturus fuit Sed quoniam quæ modò enumeraui, mihi ſa-
tis multa eſſe videntur: ad diſputationis prætermiſſum ordinem reuertor.
Vt igitur ab Abrahamo cœpit origo circunciſionis, & à Moſe ſabbatum,
ſacrificia, hoſtiæ, & feſti dies: demonſtratúmque eſt propter gentis ve-
E ſtræ duriciem & pertinaciam hæc præcepta eſſe omnia: ſic eadem deſine-
re oportuit patris conſilio & prouidentia in Chriſto Dei filio, qui ex
Virgine generis Abrahami, Iudæque tribus, & Dauidis natus eſt, qui idē
& æterna lex, & nouum teſtamentum orbi venturus prædicabatur, quē-
admodum vaticinationes, quæ antè allatæ ſunt, indicant. Nos etiam qui

per eum ad Deum acceſsimus, non hanc carnis circunciſionem percepimus, ſed ſpiritalem quam Enoch & ſimiles ſeruauerunt. nos autem eam per baptiſmum, quoniam peccatores fueramus, pro Dei miſericordia accepimus, eodémq; modo omnibus præceptū eſt, vt accipiant omnibus. Quod autem attinet ad myſterium ortus eiuſdem, quò iam properat oratio, id commemoro. Eſaias quidem de ortu, & genere Chriſti loquens, ab hominibus narrari poſſe negat his verbis; quemadmodum etiam antè ſcripſimus, Ortum eius quis exponet? quòd à terra vita eius tollitur, pro peccatis populi mei ad mortē raptus eſt. Quòd igitur narrari genus eius nō poſſet, qui moriturus erat, vt eius liuore nos peccatores curaremur, Propheticus ſpiritus hæc dixit. Præterea vt quemadmodum in mundo genitus fuerit, poſſint cognoſcere ij homines qui ei credunt, id quemadmodum faciendum fuerit, per Eſaiā Propheticus ſpiritus prædixit his verbis, Et locutus eſt præterea Dominus cum Achaz, dicens, Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo, in profundo, & in cælo: dixitque Achaz, Non petam, nec Dominum tentabo. Et dixit Eſaias, Audite familia Dauîdis parúmne eſt vobis negociū exhibere hominibus, & quo modo Domino negociū faceſsitis? Proinde ſignū ipſe Domin' vobis dabit. Ecce virgo concipiet, pariétque filium, eiúſque nomen Emmanuel vocabitur: butyrum & mel comedet, antè quàm ipſe ſciat malum improbare, & bonum eligere. Quòd antè quàm notionem boni aut mali puer habeat, mala improbat, vt bonum eligat: quia priùs quàm puer patrem aut matrem vocare poſsit, vim Damaſci accipiet, ſpoliáque Samariæ coram rege Aſsyriorum: & deſeretur terra, quam tu deteſtaris à conſpectu duorum regum. Sed addet Deus tibi, populo tuo, domuíque patris tui dies, qui tibi non euenerunt, ex quo die Ephraimum à Iuda ſeiunxit, regémq; Aſſyriorum. Neminem quidem in genere quod ab Abrahamo carne propagatum eſt, ex virgine vnquam natum eſſe, aut fuiſſe, qui natus diceretur, propter hunc noſtrum Chriſtum, perſpicuum eſt omnibus. Quoniam autem & vos & doctores veſtri audetis dicere, non dictum eſſe in Eſaiæ prophetia, Ecce virgo in vtero habebit, ſed, Ecce adoleſcētula in vtero concipiet pariétque filium, & de Ezechia qui fuit rex veſter, prophetiam illam interpretamini: conabor etiam hoc in loco contra ſententiam veſtram pauca exponere, atque de hoc quem nos Chriſtum profitemur, intelligi docere. Ita enim demum à culpa abeſſe omni ex parte cauſa veſtra inueniar ſi argumentis atque rationibus hoc vobis perſuadere nitar. Quòd ſi vos in veſtri animi ſentētia obſtinatè manentes, vel imbecilli ſententia præditi propter eam mortem, quæ Chriſtianis conſtituta eſt, vero aſſentiri nolitis, cauſæ authores vobis eſſe videbímini, vóſque ipſi fallitis & captatis, quòd ſuſpicemini vos omni ex parte iure hæreditario ea bona quæ Deus promiſit per Chriſtum daturū ſe eſſe, ex eo adepturos eſſe, quòd carne ab Abrahamo genus duxerint. Nemo enim illorum etiā vlla ex parte accipere poteſt, niſi ij qui conſilio & voluntate Abrahami fidei ſimiles ſe præſtiterint, myſteriáque omnia agnouerunt.

Margin notes: *Eſa.53.* (beside "ratio, id commemoro"); *Cap.7.* (beside "Pete tibi ſignum"); *Cap.8.* (beside "re, & bonum eligere"). Right-margin letters A, B, C, D, E.

A agnouerint. Hoc autem dico,præceptũ quoddam & legem eſſe præſcri-
ptam de religione,& bonis actionibus: Præceptum etiam quoddam &
factum datũ eſſe,quod ad Chriſti myſterium propter animi gentis veſtrę
pertinaciam, pertineret. Quod quidem ita eſſe,apud Ezechielem de hoc
ſententiam ſuam Deus exprimit,his verbis:Si Nochus & Iacobus,& Da-
niel petent vel filios, vel filias, non eis quod petent, concedetur. Apud
Eſaiam eodem modo de eadem re loquitur, Sic Dominus deus dixit, Et
exibunt & videbunt hominum, qui pręcepta violarunt,cadauera. Vermis
enim eorum non morietur, nec ignis eorum reſtinguetur,eóſque omnes
homines videbunt. Vobis quidem hanc ſpem animis veſtris præcideri-
tis & ademeritis, danda opera eſt:vt intelligatis qua ratione vobis & pec
B catorum ſit futura remiſsio, & ſpes reliqua hæreditatis eorum bonorum
quæ promiſſa ſunt. Non eſt autem alia, niſi hæc, vt hoc Chriſto cogni-
to,expiati eo lauacro,quod ab Eſaia prædicatum eſt,ad peccatorũ cõdo-
nationem, reliquum vitæ tempus ſine ſcelere & vitiis tranſigatis. Tum
Tryphon,Etſi,inquit,hęc verba interrũpere videor,quæ neceſſariò conſy-
deranda ſunt:tamen vrgente me ea re,quã ex te quærere cupio,me velim
primùm cũ bona venia audias. Omnia,inquam,vt tibi in mentem veniẽt,
à me exquiras licet. ego enim etiam poſt rogata & reſponſa,inſtitutũ ſer-
monẽ repetere,& cõcludere conabor. Tum ille,Hoc igitur,inquit,mihi ve
C lim dicas,qui ex lege Moſaica vixerũt,eodẽmne modo,quo Iacobus,Eno
chus,& Nochus in mortuorũ excitatione nécne victuri ſint? Ego ad hæc,
Cũ illud, inquã,dixi,quod apud Ezechielẽ ſcriptũ eſt,Si Nochus,Daniel,
& Iacobus filios & filias rogent, non eis concedetur: ſed vnumquéque
ſua ipſius iuſtitia & virtute ſcilicet, ſeruatum iri. Dixi eos etiam qui legi
Moſis paruerint,ſalutem eſſe conſecuturos. Etenim lege Moſis ſancitum
eſt & cautum, vt ea quæ natura honeſta ſunt & pia & iuſta,ij qui eis cre
dant,faciant. itémq; illud memoriæ proditum eſt, vt propter obſtinatum
animum populi,ea quę præcepta eſſent fierent, quæ eadem ij qui legi
ſuberant, agebant:quandoquidem ij qui ea quæ omnino & natura,ęter-
D náque bona erant,faciebant, Deo placent, & Ieſu Chriſti ductu & au-
ſpiciis in reſurrectione, haud ſecus atque hi qui ante eos boni fuerunt,
Nochus, Enochus,& Iacobus,& ſi qui alij extiterunt,ſalutem cõſequen-
tur,cum ijs qui hũc Chriſtum Dei filium agnoſcunt,qui ante Luciferum
conditum & Lunam erat, atque ex hac virgine, quæ ex genere Dauîdis
fuit,naſci factus homo ſuſtinuit: vt hac (vt ita dicam) diſpenſatione ſer-
pens is qui ab initio improbus euaſit, iſque angeli qui eum imitati ſunt,
deleantur, & mors cõtemnatur: & in altero Chriſti aduentu in eos qui
in eum credunt, vitámque ei gratam degunt, tandem aliquando,quod
iam non erit,ſęuire deſinat. Cùm aliĩ ad ignis æterni ſupplicium mittẽ-
E tur, alij perturbationibus,& interitu & doloribus liberi,beata immorta-
litate perfruentur. Quæro ego,inquit, ex te, ſi qui ſint qui nunc in vita,
ea quæ præcepta ſunt à Moſe,ſeruare velint: credántque in hunc Ieſum
Chriſtum qui cruci ſuffixus eſt, & ſciant eum eſſe Dei Chriſtum, eíque

datam omnes omnino iudicandi poteſtatem,& regnum illius eſſe perpe- A
tuum,num ij etiam ſalutem adipiſci poſſint.Illud,inquam,ſimul exquiramus, poſſintne hoc tempore ea,quæ à Moſe præcepta ſunt,omnia ſeruari. Ad hæc ille, Non iam docemus, inquit, tua confeſsione, agnum Paſchæ alicubi poſſe aut fas eſſe immolari, nec hircos qui in ieiunio iuſsi ſunt offerri, nec cæteras omnino hoſtias. Quænam igitur quæſo,inquã, ſeruari non poſſunt? Credes enim quempiam, qui æterna bona non ſeruauerit aut perfecerit,ſalutem omnino poſſe adipiſci?Seruare, inquit,ſabbatum dico, & circuncidi, & menſtrua ſeruare, & ablui eum qui aliquid contigerit eorum quæ Moſes vetuit, aut eum qui in concubitu fuerit. Tũ ego,Abrahamus,inquã,Iſaacus, Iacobus,Nochus, Iobus & ſi qui alij ante hos natos,aut poſt eoſdem natos,æquè viri boni:Sarrã dico Abrahami vxorem,& Rebecam Iſaaci,& Rachelam Iacobi,& Liam, cæteráſque eiuſmodi,vſque ad Moſis fidelis ſerui matrem, quæ nihil tale ſeruarunt, vobiſne videtur hi omnes ſalutem conſecuturi? An non Abrahamus,inquit, circuncisus eſt, eiúſque poſteri? Scio,inquam,Abrahamũ ſibi præputium amputaſſe, eiuſque poſteros. Cur autem eis data ſit circuncisio, ſuperiore diſputatione ſæpe dixi: & niſi moleſtum eſt vobis, rurſum ſermonẽ conſyderemus.Neminem porrò planè virum bonũ vſq; ad Moſem quicquam omnino eorum de quibus quærebamus,ſeruauiſſe,neque præceptum vllum ſeruandum accepiſſe, niſi circunciſionem quæ initium ab Abrahamo habuerit, ſcitis. Scimus, inquit, eóſque ſalutem adipiſci con C
cedimus.Rurſum ego,Animi,inquam,pertinacia gentis veſtræ impulſum Deum hæc omnia præcepta per Moſem vobis dediſſe intelligitis, vt horum multitudine adducti, vos in omni actione Deum vobis ſemper ob oculos poneretis,nec iniuſtè, nec impiè quicquam facere inciperetis.Nã & purpureum colorem vt veſtris veſtibus prætexeretis, imperauit, vt ex eo nunquam vos Dei caperet obliuio:& phylacterium in pelliculis tenuiſſimis deſcriptis nonnullis characteribus circundare vos iuſsit, quæ nos ſancta eſſe intelligimus, iíſque vos ille terrens, ſemper Deum animo & recordatione complecti, & ſimul in animis veſtris reprehenſionem circunferre: & tamen ne leui quidem memoria pietatem colitis,neque hoc D
pacto vobis in animum induxiſtis,ſimulachra non colere: ſed viuo Elia, enumeratis iis qui Baal genu minimè flexiſſent, ſeptem milia numero eſſe dixit. & apud Eſaiam vos culpat, quòd filij etiam veſtri ſimulachris immolauerint. Nos autem ne iis immolemus quibus quondam immolabamus, ſumma,ſingulariáque ſupplicia perferimus:& dum morte mulctamur, ex eo magnam voluptatem percipimus, quòd ſperemus fore, vt Deus nos per Chriſtum ſuum excitet, & ab interitu, omníque perturbatione liberos immortalitate donet:atq; hoc ſcimus,ea quæ præſcripta ſunt propter animi gentis veſtræ pertinaciam & duriciem,nihil ad bene piéq; E
viuendum cõducere.Hic Tryphon hoc rurſus rogauit,ſi quis hæc ita habere ſciat, atque hunc Chriſtum eſſe intelligat, & credat, tum hæc ſeruare velit,eíque obedire,num ſalutem adepturus ſit. Ad hæc ego,Vt mihi

quidem

quidem videtur, inquam, hunc talem ſalutem conſecuturum dico, niſi
cæteris hominibus, id eſt, iis qui ex gentibus Chriſti benignitate erro-
re circuncifi ſunt, omnino ſuadeat vt eadem quæ ipſe ſeruent & faciant:
negans eos ſalutem eſſe conſecuturos, niſi hæc perficiant.id quod tu quo-
que initio diſputationis faciebas, cùm ſalutem me, niſi hæc ſeruarem,
conſecuturum negares. Et ille, Cur igitur,inquit,dixiſti, vt mihi qui-
dem videtur, talis ſalutem adipiſcetur, niſi ſint qui negent tales ſalutem
conſecuturos? Sunt, inquam, qui cum illis nec ſermone, nec conuiuio
coniungi auſint, quorum ego non probo ſententiam. Sed ſi ijdem pro-
pter animi ſententiæque infirmitatem ea etiam omnia Moſaica quæ nũc
B poſſint, quæ eadem ob pertinaciam, quæ in animis populi veſtri inerat,
præcepta eſſe intelligimus, vnà cum ſpe quam in Chriſto collocant, etiã
æternas naturaléſque in iuſtè,piéque viuendo ſitas actiones tenere & ſer-
uare velint:inſtituántque cum Chriſtianis & fidelibus, vt antè dixi,viue-
re:nõ eis ſuadentes, vt eodem modo quo ipſi circũcidantur,& ſabbata ſer
uent,eáque omnia quæ ſunt eiuſdem generis:enunciandúmque cenſeãt,
vt fratribus & pari miſericordia affectis,aſſumẽdos eſſe omnes,& in ſocie-
tatem vitæ aſciſcendos.ſi verò ij qui ex genere veſtro in hunc Chriſtum ſe
dicunt credere,omnino ex lege quam Moſes tulit,eos qui ex gentibus in
C hunc Chriſtum credunt,degere cogant,aut non cum eis eiuſmodi viuen-
di ratione coniungi velint, hos etiam eadem ratione non probo. Eos
porrò qui eis credant & pareant in eo viuendi genere, quod legi eſt cõ-
ſentaneum, vnà cum Chriſti Dei profeſsionis cuſtodia, ſalutem etiam
conſecuturos exiſtimo. Eos verò qui hunc Chriſtum eſſe & profeſsi ſint
& agnouerint, quauíſq; de cauſa ſe ad id vitæ genus quod lege Moſai-
ca conſtitutum eſt, poſtea traduxerunt, cùm hunc Chriſtum eſſe negaſ-
ſent,neque eos facti illius ante mortem pœniteat: ſalutem omnino con-
ſecuturos eſſe nego. Eóſque qui ex Abrahami genere legem in vita du-
cem ſequantur, nec hunc Chriſtum ante mortem credant, eadem ratio-
D ne ſalutem nõ conſecuturos dico,maximéque eos qui in ſynagogis hunc
Chriſtum deteſtati ſunt, & deteſtantur,idque faciunt,vt & ſalutem con-
ſequantur, & à ſupplicio ignis liberentur.Dei enim benignitas & huma-
nitas immenſa eum quem peccatorum pœnitet, quemadmodum per
Ezechielem indicat,vt iuſtum & peccati expertem habet,eúmque qui à re
cta piáque viuẽdi ratione,ad improbam & impiam deflectit, vt peccato-
rem, improbum & impium iudicat. Itaque Dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus dixit, In quibus vos deprehendam, in ijs etiam iudicabo.Tum Try-
phon,De his etiam,inquit,quid ſentias audiuimus. Proinde te ad ſermo-
E nem in quo deſiiſti,referens,concludito.Nam mirabilis mihi videtur eſſe,
nec doceri omnino poſſe. Nam quod ais,hunc Chriſtũ cùm ante ſecula
Deus eſſet, deinde hominem fieri voluiſſe, nec hominem ab homine ge-
nitum eſſe, non ſolùm admirabile, ſed etiam ſtultum mihi videtur eſſe.
Scio,inquam,orationem meam admirabilem videri,ijs præſertim qui ge-
neris veſtri ſunt, qui ea quæ Dei ſunt,nec intelligere,nec facere vnquam

voluiſtis, ſed ea quæ doctores veſtri tradũt, quemadmod ũ Deus clamat. A
Non tamẽ hoc tollitur & refellitur, hũc talem eſſe Dei Chriſtũ, ſi docere nõ poſſim eundem etiam antea fuiſſe parẽtis & effectoris huius vniuerſitatis filium cùm Deus eſſet, & factum eſſe hominem, ac natum ex virgine: ſed ſi omnino demonſtratur is eſſe Chriſtus Dei, qui hic erit. Si verò non doceam eum cùm antea fuiſſet, conſilio patris & ſententia adductum, fieri hominem nobis ſimilem cum corpore voluiſſe, in eo erraſſe tantùm dici debeo, non hunc Chriſtum eſſe negare, ſi vt homo ab hominibus genitus natúſque videatur, & electus in Chriſtum eſſe doceatur. Sunt enim nonnulli generis veſtri homines, qui eum Chriſtum eſſe B
fateantur, hominem tamen ab hominibus genitum eſſe pronuncient: quibus ego non aſſentior, nec plurimi qui idem quod ego ſentiant, aſſeuerabunt, præſertim cùm non humanis rationibus iuſſi ſumus à Chriſto ipſo credere, ſed beatorum prophetarum ſcripturis, quas etiam ipſe docuit. Hoc loco Tryphon, Mihi quidem, inquit, videtur eorum qui eum hominem factum eſſe aſſerunt, & ex electione vnctum & Chriſtum extitiſſe, probabilior oratio, quàm eorum qui eadem quæ tu confirmant. Nos enim omnes etiam ſperamus fore, vt Chriſtus & ab hominibus homo generetur, & ab Elia cùm venerit, vngatur. Quòd ſi hic Chriſtus eſſe videtur, homo quidem ab hominibus genitus omnino intelligẽdus eſt, ſed C
quòd Elias nõ venit, ne hunc quidẽ eſſe cenſeo. Rurſus ego eum rogabã, num Zacharias Eliam venturum diceret ante hunc Domini diem magnũ & horribilem: cùm reſpondiſſet, maximé: Si ergo verbum & ratio cogit confiteri, duos Chriſti aduentus qui à vatibus prædicti ſint fore, vnum in quo & naturam ad patiendum idoneam habeat, & ignominia afficiatur, deformíſque videatur: alterum, in quo clarus & iudex omnium veniet, quemadmodum ſuprà multis locis demonſtratum eſt: nónne verbũ Dei prædixiſſe intelligemus, Eliam horribilis & magni diei, id eſt, alterius eius aduentus præcurſorem fore & prænuncium? Cùm maximè, reſpondiſſet, Noſter igitur Dominus, inquã, hoc etiã ipſum in præceptis ſuis D
futurum tradidit, cùm Eliam etiam venturum eſſe dixiſſet, idque nos futurum tum ſcimus, cùm in gloria & maieſtate ex cælis venturus eſt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cuius etiam prioris aduentus præco fuit Dei
Matth. 3. ſpiritus qui in Elia fuerat, in Ioanne propheta qui Iudæus fuit, quo mortuo nemo propheta apud vos extitit: qui ad Iordanem fluuium ſedens, clamabat, Ego quidem vos aqua abluo in pœnitentiam, me autem fortior veniet, cuius non ſum dignus qui calceos portem. Is vos Spiritu ſancto & igne abluet: cuius in manu vãnus ipſius eſt, areámque ſuam purgabit, & triticum in horreum congeret: paleam autem igne qui reſtingui non poterit, comburet. Atque etiam Herodes rex veſter hunc ipſum in vincula coniecit, natalíſque ſui die ſaltãte puella quæ fratris illius filia erat, ita vt ei placeret, eam monuit, vt quicquid placeret, peteret: mater autem puellæ eam commonefecit, vt Ioannis qui eſſet in carcere, caput peteret: quod cùm feciſſet, miſit Herodes, eiúſque caput E
in lance

A in lance afferri iuſsit. Itaque Chriſtus noſter tum in terra iis qui Eliam *Matth.17.*
ante Chriſtum venire debere dicerent, ita reſpondit, Elias quidem veniet,
reſtituétque omnia. Dico autem vobis Eliam veniſſe iam, neque eum a-
gnouerunt, ſed in eum fecerunt quæcunque voluerunt: ſcriptúmque eſt,
intellexiſſe tum diſcipulos, hæc quæ diceret, de Ioanne intelligi. Hoc lo
co Tryphon, Hoc etiam ambiguum mihi videris dicere, Propheticũ Spi-
ritum qui in Elia fuerit, in Ioanne inſediſſe. Ad hæc ego, Non videtur
tibi in Ieſu Nauæ filio quem populo ducem poſt ſe Moſes reliquit, idem
cõtigiſſe? Cùm Moſi Deus imperauit, vt manus Ieſu imponeret, cùm ei di
xiſſet Deus, Ego quoque de Spiritu qui in te eſt, in eum transferã. Cùm
maximè reſpondiſſet, Vt igitur, inquam, Deus cùm etiam tũ Moſes in vi-
B ta maneret, ex Spiritu qui in Moſe erat in Ieſum tranſtulit, ſic idem facere
potuit vt ab Elia in Ioannẽ veniret: vt, quemadmodum Ieſus in priore
aduentu ſuo obſcurus & humilis apparuit, ſic etiam Spiritu qui in Elia
erat, ſemper purgante Chriſti ſine gloria & honore prior aduentus intel
ligatur. Occulta enim manu Dominus pugnare contra Amalecum di-
ctus eſt, nec Amalecum cecidiſſe negabitis. Quòd ſi in claro Chriſti ad-
uentu bello vincẽdus Amalecus tantũ dicitur, quis fructus erit verbi quod
ait, Occulta manu Deus contra Amalecum pugnat? Intelligere poteſtis oc-
cultã vim Dei extitiſſe in Chriſto qui cruci ſuffixus eſt, quo etiã dæmonia
C exhorreſcunt, omnéſque omnino terræ & principatus & poteſtates. Tum
Tryphon, Videris, inquit, mihi ex longa diſputatione quam cum multis
inſtitueris, de iis omnibus quæ quæruntur, extitiſſe, ob eámque cauſam
paratus inſtructúſque venire ad reſpondendum omnibus quæſtionibus,
quæ tibi ponantur. Reſponde ergo mihi primùm, quî docere poſsis a-
lium etiam Deum eſſe præter eum qui ſit rerum omnium conditor: tum
eum etiam ex virgine naſci voluiſſe demonſtrabis. Patere ergo me, in-
quam, primò verba quædam ex Eſaiæ prophetia proferre, quæ de aduen-
tu Ioannis, qui ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti baptiſta & prophe-
ta fuit, intelliguntur. Patior, inquit. Eſaias, inquam, Ioannis aduen-
D tum prædixit, hoc modo: Et dixit Ezechias Eſaiæ, Honeſta eſt Domi- *Eſa.39.*
ni oratio: Fiat pax & iuſtitia temporibus meis: & conuocate populum,
ſacerdotes loquimini in media vrbe Hieroſolymorum, eámque conſola-
mini, quòd eius completa eſt abiectio. Solutum deletúmque eſt eius
peccatum, quòd à Domino duplicia ſua peccata accepit. Vox claman- *40.cap.*
tis in deſerto loco, Parate vias Domini, rectas Dei noſtri ſemitas effi-
cite. Omnis vallis complanabitur, omníſque mons & collis humilis
fiet, & praua omnia dirigentur, & aſpera via complanabitur, Domi-
nique gloria videbitur, & caro omnis conſeruatorem Dei noſtri vide-
bit, quòd Dominus locutus eſt, Vox dicentis, Clama, Et dixi, Quid cla-
E mabo? Omnis caro fœnum, omníſque gloria hominis floris fœni in-
ſtar eſt. Exaruit fœnũ, & flos eius decidit: at Domini verbum in perpetuũ
manet. In montem excelſum aſcende tu qui Sioni nunciũ lætum affers,

Attolle vocem tuam quantum potes qui Hieroſolymis prædicas. Extollite, nolite metuere, dixi Iudæ ciuitatibus, En deus veſter, Dominus cum fortitudine venit, & brachium cum dominatu uenit. En merces cũ eo, & opus in eius conſpectu. Vt paſtor gregem ſuum paſcet, brachio ſuo agnos congregabit, & eam quæ grauida eſt conſolabitur. Quis manu aquam dimenſus eſt? & cælum palmo?totámque terram pugillo? Quis montes pondere ſtatuit, & rupes ſtatera? Quis mentem Domini nouit? aut quis eius fuit conſiliarius? quis eum docebit? aut quem in conſilium adhibuit, & ab eo didicit? aut quis ei iudicium oſtendit? vel prudentiæ rationem quis ei oſtendit? Omnes gentes inſtar ſunt ſtillæ cadentis ex amphora, atque vt momentum lancis habitæ ſunt, & ſputi inſtar habebuntur. Libanus autem non ſatis erit ad incendium, & quadrupedia omnia non ſatis erunt ad holocauſtum, omnéſque gentes nihilum & pro nihilo putatæ ſunt. Cùm finem dicendi feciſſem, Tryphon, Verba omnia, inquit, prophetiæ, quæ tu profers, ambigua ſunt, nec quicquam valent ad id quod vis perſuadendum. Ad hæc ego, Niſi prophetiæ, inquam, deſijſſent, nec iam eſſent in genere veſtro hoc Ioanne mortuo, perſpicuum eſſet, ea quæ profero de Ieſu Chriſto vos ambigua fortaſſe quę dicuntur, intellecturos fuiſſe. Nunc cùm Ioãnes præcurſor fuerit, monueritq; clara magnáque voce homines, vt ipſos malè actæ vitæ pœniteret, ac Chriſtus cùm etiam tum ille ad Iordanem flumen ſederet, finem illius & prophetiæ & baptiſmo appoſuerit: idémque monuerit ac docuerit, regnum cælorum appropinquare, prædixeritque multa ſe mala & ſupplicia, quę Scribæ & Phariſæi procurarent, perferre oportere, & in crucem agi, & tertio die excitari à mortuis, rurſumque Hieroſolyma venire, ac vnà cum diſcipulis ſuis edere & bibere, atque inter aduentus ſui tempus, vt ſuprà dixi, futuros ſacerdotes ac falſos prophetas nomine ſuo prædixerit, quæ ita habere conſtat: quis tandem ambigendi locus relictus eſt, cùm re perſuaderi poſsitis? Dixerat autem Prophetam atque Vatem in genere veſtro non iã futurum, atque hoc perſpectum eſſe, nouum teſtamentum quod olim à Deo faciendum prædiceretur, iam tum adeſſe, id eſt, ſe qui Chriſtus eſſet. Sic lex & prophetæ vſque ad Ioannem Baptiſtam, ex quo, regno cælorum vis affertur, quod violenti rapiunt. Quòd ſi vultis approbare, ipſe eſt Elias, qui venturus eſt, qui aures ad audiendum habet, audiat. Atque etiam Iacobus patriarcha vaticinatus eſt, duos Chriſti aduentus futuros, in eorúmque priore illum patibilem fore, íſque cùm veniſſet, nec prophetam, nec regem in genere veſtro futurum. Hoc etiam addidit, gentes quæ in Chriſtum patibilem credunt, eum rurſus adfuturum eſſe ſperabunt. In parabola autem & obſcurè Spiritus ſanctus ob eam cauſam ea locutus eſt. Ita verò eum dixiſſe ſubieci, Iuda te fratres tui laudauerunt: manus tuæ in ceruice inimicorum tuorum. Te patris tui filij adorabunt. Catulus leonis Iuda, ex germine fili mi aſcendiſti, cadens dormiuit vt leo, & vt catulus leonis. quis eum excitabit?

Matth. 11 · *Gen.* 49. · A · B · C · D · E

Non

A Non deficiet princeps ex Iuda, nec dux de femore eius, quoad veniat cui repoſitum eſt: ipſe gentium erit expectatio. Deligans ad vitem pullum ſuum, & ad uineam pullum aſinæ ſuæ. Abluet in vino tunicam ſuam, & in vuæ ſanguine pallium ſuum. Pulchriores ſunt vino eius oculi, & dentes eiuſdem candorem lactis imitantur. Defuiſſe ac deſijſſe vnquam in genere veſtro prophetam aut principem ex quo principatum accepit, ad illud tēpus cùm hic Ieſus Chriſtus & extitit & mortē perpeſſus eſt, ne impudēter quidem dicere audebitis, aut poteſtis dicere. Etenim cùm Herodem quo regnante paſſus eſt, Aſcalonitanū fuiſſe dicatis, tamen in genere veſtro pontificem fuiſſe dicitis. Ita cùm vobis eſſet ex Moſis lege pontifex,
B ſacrificiáque offerret, & cætera quæ lege ſancita erant, ſeruaret, prophetæque ſucceſsione ac ſerie quadam vſque ad Ioannem fuiſſent, vt etiam cùm Babylonem populus Iudæorum abductus eſt, tum cùm regio vaſtata eſt, ſacráque vaſa ſublata & direpta ſunt, non deſiit apud vos prophetia, qui populi veſtri Dominus, dux, & princeps erat. Spiritus enim ſanctus qui in prophetis inerat, & reges vobis vnxit, & conſtituit. At verò poſtea quàm Ieſus Chriſtus noſter apud vos viſus eſt, & mortem pertulit, nuſquam extitit, neque eſt propheta: quin etiam proprio regi parēre deſijſtis, & prætereà terra veſtra deſerta eſt, & pomorum cuſtodiæ ac thecæ inſtar relicta. Quod autem Iacobus ait, Et ipſe erit ſpes gentium,
C quodam integumento duos eius aduentus ſignificauit, gentéſque in eum credituras, id quod tandem aliquando vobis licet videre. Nos enim qui ex nationibus omnibus Chriſti fide iuſti piíque effecti ſumus, eum iterum adfuturum eſſe ſperamus. Illud autem, Deligans ad vitem pullum ſuum & ad vitem pullum aſinæ ſuæ: & operum quæ ab eo in priore aduentu effecta ſunt, & gentium quæ ei crediture ſunt, ſignificatio eſt. Hæ enim pulli laſciuientis & qui iugum in ceruice ſua nō haberet, ſpeciem præ ſe tulerunt, quoad Chriſtus hic venit, qui miſsis diſcipulis ſuis, eas docuit, ita vt accepto verbi eius iugo, dorſum ac tergum ſuppoſuerint ad perferenda omnia, ijs ductæ bonis, quæ & expectantur & ab eo promiſſa ſunt.
D Aſinam autem quandam verè cum eius pullo deligatam in introitu vici cuiuſdam, qui Bethphaga diceretur, cùm introiturus eſſet Hieroſolyma Dominus noſter Ieſus Chriſtus, diſcipulis ſuis, vt ſibi adducerent, imperauit, in quibus ſedens Hieroſolyma ingreſſus eſt. Quod quemadmodum prædictum erat apertè faciendum à Chriſto, ſic factum ab eo & cognitum, eum Chriſtum eſſe declarauit. Quæ quidem omnia quanquam euenerunt, & ſcripturis docentur, tamen vos etiam in animi veſtri pertinacia duriciéque perſtatis. Prædictum eſt autem à Zacharia vno ex *Capit. 9.* duodecim hoc fore, his verbis, Gaude valde filia Sion, exulta, prædica filia
E. Hieroſolymorum. En tibi rex tuus venit iuſtus, conſeruator, manſuetus & pauper, in iumento & aſinæ pullo ſedens. Aſinam autem iumentū iam vnà cum pullo eius Spiritum propheticum dicere cū Iacobo patriarcha in poſſeſsione ipſum habere, ſed etiam eū diſcipulos ſuos, vt antè dixi,

vtr q; animal ad ſe iuſſiſſe adducere,prędictio erat tam eis qui ex ſynagoga A
veſtra, quàm iis qui ex gentibus in eum erant credituri. Vt enim eos qui ſunt ex gentibus, pullus indomitus, & fręni impatiens ſignificabat: ſic etiam eos qui ſunt veſtræ gentis, aſina quæ ferre iugum aſſueuerat. Vos enim legem quam prophetæ tulerunt, impoſitam habetis. Quin etiam Zacharias propheta prædixit fore, vt hic Chriſtus percuteretur, eiúſque diſcipuli diſpergerentur: id quod euênit. Poſteà enim quàm cruci ſuffixus eſt, diſcipuli qui eum ſequebantur, diſperſi ſunt atque diſiuncti, ad eum diem quo à mortuis excitatus eſt: eíſque perſuaſit, à prophetis fuiſſe prædictum illud genus mortis, quod ipſum perpeti B
oporteret. quæ cùm ſibi perſuaſiſſent, omnem orbem terrarum obeuntes,hæc ipſa docuerunt Hinc nos etiam firmi ac ſtabiles in eius fide atq; doctrina ſumus,quòd & à prophetis,& ab iis qui in toto orbe illius qui in crucem actus eſt nomine videntur effectíque ſunt religionis cultores, in hanc perſuaſionem adducimur. Verba autem hæc ſunt Zachariæ,
Zach.13. Gladius exeritor in paſtorem meum, & in virum populi mei. dicit Dominus exercituum, Percute paſtorem, eiúſque oues diſpergentur. Illud etiam quod à Moſe literarum monumentis proditum eſt, & à Iacobo
Gen.49. patriarcha prophetiæ Spiritu prædictum eſt, Abluet in vino tunicam ſuam, & in vuæ ſanguine pallium ſuum: ſignificabat eius ſanguine ex- C
piatum iri eos qui crederent. Tunicam enim eius Spiritus ſanctus eos qui per eum remiſsionem acceperunt, vocauit, in quibus vi quidem ſemper ineſt & adeſt, re autem vera in altero aduentu ſuo aderit. Quod autem dicit Verbum, vuæ ſanguinem, arte quadam declarauit, ſanguinem quidem habere Chriſtum, non ex hominum ſemine, ſed vi diuinitatis. Quemadmodum enim vitis ſanguinem, non homo genuit, ſed Deus: ſic etiam Chriſti ſanguinem non ab hominibus fore, ſed à vi diuina antè indicauit. Hæc porrò prophetia eſt, quam docere dicebam, Chriſtum hominem ab hominibus eo quod hominum commune eſt, non eſſe generatum. Hoc loco Tryphon, Huius quoque, inquit, inter- D
pretationis tuę meminerimus,ſi aliis etiam ſcripturis hanc quæſtionem obtinebis. Nunc autem eum repetens ſermonem, doce alium Deum præter effectorem vniuerſi à Prophetico ſpiritu eſſe poſitum & prædicatum: ita tamen, vt prouideas ne ſolem proferas & lunam,quæ, vt ſcriptum eſt, Deus gentes pro Dijs adorare venerarique paſſus eſt. Quo etiam verbo quaſi vtentes prophetæ plerunque ita loquuntur: Deus tuus Deus Deorum eſt,dominúſq; dominorum:his additis ſæpenumero,Magnus,fortis & terribilis.Neq; enim quaſi Dij ſint,hæc dicuntur,ſed quòd verbũ nos doceat,verum Deum qui omnia effecit,Dominũ ſolum eſſe eorum qui Dij Dominíq; exiſtimentur.Nam vt hoc etiam reprehendat & refellat Spiritus E
Pſal.815. ſanctus,per ſanctum Dauidem dixit,Dij gentiũ qui Dij habentur, ſimulachra ſunt dæmoniorũ,non Dij:execrationémque adiicit ijs qui ea & faciunt
Pſal. 816. & adorãt.Hîc ego,Non eas,inquã,rationes & probationes ſumpturus erã,

quibus

A quibus condemnari eos qui hæc atque talia adorant atque venerantur,
ſed eiuſmodi,quibus nemo quidem contradicere poterit:tibi autem eędē
alienæ videbũtur,quanquam à vobis quotidie legantur: vt ex hoc etiam
vos intelligatis, Deum veſtra malitia ſceleréque impulſum, vobis occul-
taſſe vim intelligendæ ſapientiæ quæ in ipſius verbis inſit, præter quàm
nonnullis, quibus pro magnæ miſericordiæ ſuæ munere, vt ait Eſaias,ſe- *3.Reg.19.*
men ſalutis cauſa reliquit : ne quemadmodum Sodomorum & Gomor-
ranorum genus , ſic veſtrum intereat . Attentè ergo ea audite , quæ ex
ſanctis ſcripturis commemoraturus ſum, quæ interpretatione non egent,
ſed ſola auditione. Moſes quidem beatus & fidelis Domini ſeruus, indi-
B cat Deum qui ab Abrahamo ad ilicem Mambræ viſus eſt, cum iis ange-
lis duobus cum eo ad Sodomorum condemnationem miſsis ab alio qui
in cælis ſemper maneret,nec à quoquam viſus eſſet,aut collocutus per ſe
cum homine aliquando, quem conditorem parentémque vniuerſi intel-
ligimus. Scribit enim his ferè verbis,Viſus eſt autem ab eo Deus ad ilicẽ *Gene.18.*
Mambræ , ſedente ad fores tabernaculi ſui, & abiiciens ſe in terram ado
rauit,& dixit,& quæ ſequuntur,ad hunc vſque locum, Venit autẽ mane
Abrahamus ad eum locum, in quo in conſpectu Domini ſteterat, inten- *Cap.19.*
dítque aciem oculorum in vrbem Sodomam & Gomorram, atque in fi-
nitimam regionem,& vidit,& ecce flamma ex terra quaſi vapor fornacis
C aſcẽdit.Cùm finẽ feciſſem dicendi,deinceps eos rogabam,num ea quę pro-
tuliſſem,intellexiſſent. Illi ſe quidem intellexiſſe dixerunt,ſed locos quos
protuliſſem nihil valere ad docendum, Deum vel Dominum aliũ quen-
dam eſſe,aut dictum eſſe à Sancto ſpiritu præter vniuerſi cõditorem. Tũ
ego rurſus,Vobis,inquam,perſuadere conabor,qui ſcripturas cognitas ha
bueritis,id quod dico,eſſe atque dici Deum atque Dominum alium prę-
ter vniuerſi parentem,qui etiam angelus vocetur, quòd hominibus nun-
ciet ea omnia, quæ eis nunciari velit huius vniuerſitatis effector, præter
quem non eſt alius Deus. Exponénſque rurſus ea quæ antè protuliſſem,
Tryphonem ita rogabam, Tibíne videtur ſe oſtendiſſe Deus Abrahamo
D ſub ilice Mambrę,quemadmodũ ſcriptum eſt?Cùm maximè reſpondiſſet,
Et vnúſne,inquam,illorum erat trium virorum,quos Abrahamum vidiſſe
Propheticus ſpiritus commemorat ? Ad hæc Tryphon,Non vnus,inquit,
eorum videtur, ſed ei viſus eſt Deus antè quàm tres cerneret , deinde
tres illi,quos viros ſcriptura appellat,angeli erant.duo quidem qui ad So-
domorum euerſionem miſsi ſunt , tertius autem , qui Sarræ filium pa-
rituram eſſe nunciabat , qua de cauſa miſſus fuerat : quo confecto ne-
gotio diſceſsit. Quonam igitur pacto , inquam,vnus trium qui in taber-
naculo fuit,qui etiam dixit,In tempore ad te reuertar,& Sarræ erit filius,
rediiſſe videtur,cùm Sarra filium peperiſſet, eúmque verbum Prophetı-
E cum ibi Deum eſſe ſignificat?Sed vt vobis perſpicuum ſit quod dico,au-
dite ea quæ planè & apertè à Moſe commemorata ſunt . Sunt autem
hæc,Cùm Sarra Agar ancillæ Ægyptiæ filium, quem Abrahamo pepe- *Gene.21.*
rerat , cum Iſaaco filio ſuo ludentem vidiſſet , Abrahamo dixit , Eiice

ancillam iſtam vnà cum filio ſuo. Non enim hæres erit ancillæ iſtius A filius cum Iſaaco meo. Durum autem admodum viſum eſt Abrahamo verbum, quod ad filium ipſius pertineret. Deus verò Abrahamum monuit, ne moleſtè, acerbéque ferret, id quod Sarra de filio & de ancilla dixiſſet: Itaque omnia audiret quæ Sarra dixiſſet, quod futurum eſſet, vt in Iſaaco ſemen ei vocaretur. Intellexiſtis ergo eum qui tum ad ilicem ſe rediturum dixit, vt prænouit, neceſſe eſſe Abrahamo conſulere ea quæ ipſum Sarra vellet, reuerſum eſſe, vt ſcriptum eſt, & Deum eſſe, quemadmodum verba hæc declarant, quæ prolata ſunt: Dixit autem Abrahamo Deus, Noli acerbè ferre quod tibi Sarra dixit de puero & ancilla. Ad hæc Tryphon, Maximè, inquit, intelleximus, ſed tamen non ex hoc docuiſti alium Deum eſſe præter eum qui ſe Abrahamo oſtenderit, qui B & aliis patriarchis & prophetis viſus ſit: ſed planum feciſti nos rectè intellexiſſe tres eos qui in tabernaculo apud Abrahamum fuerunt, omnes fuiſſe angelos. Rurſum ego, Quòd ſi ex ſcripturis, inquam, non poſſem vobis planum facere, vnum ex tribus illis & Deum eſſe, & angelum vocari, ex eo quòd nunciet, vt antè dixi, quibus velit, ſua Deus vniuerſi effector: hunc qui in terra figura viri eodē modo quo duo angeli qui cū eo venerant, Abrahamo apparuit, qui etiam ante orbem conditum Deus eſt: hunc ipſum intelligere vobis conſentaneum eſſet, quemadmodum veſtri omnes intelligunt. Certè, inquit: Sic enim etiam vſque ad ſecundum habebamus. Tum ego rurſus, Ad ſcripturas, inquā, me refero, vobíſque perſuadere conabor hunc qui Abrahamo, Iacobo & Moſi viſus eſſe C dicitur, ſcriptúſque eſt Deus, diuerſum eſſe ab eo Deo qui omnia condidit: numero, dico, non conſilio & ſententia. Neque enim quicquam cum feciſſe vnquam cenſeo, niſi quod etiam is qui mundum effecit, & præter quem non eſt alius Deus, voluerit & facere & loqui. Eum iam, inquit, eſſe doce, vt ei etiam aſſentiamur. Neque enim præter, aut contra eius ſententiam qui omnia effecit, eum dicere quicquam aut feciſſe, aut etiam locutum eſſe, te dicere aut cenſere exiſtimamus. Tum ego, Scriptura, in-

Gen.19. quam, quæ à me antè prolata eſt, hoc vobis planum faciet. Eſt autem hæc, Sol in terra ortus eſt, & Lotus Segôram ſe recepit, túmque Dominus pluit ſulphur & ignem à Domino ex cælo, & vrbes has deleuit, D omnémque finitimam regionem. Quartus eorum qui cum Tryphone remanſerant, Præter eum ergo, inquit, quem ſcriptura per Moſem, cùm angeli duo Sodomam venerunt, Dominum etiam vnum appellauit, etiam Deus is qui ſe Abrahamo oſtendit, neceſſariò dicendus eſt. Non ob id, inquam, ſolum, id quod omnino ac planè concedendum fuit, quòd etiam præter mundi conditorē qui intelligitur, alius quidā à Sancto ſpiritu Dominus propriè dicitur: nec ſolùm per Moſem, verùm etiā per Dauidē dicitur. Etenim apud illum etiam ſcriptum eſt, Dicit Dominus Domino

Pſal. 109. meo, Sede ad dexteram meam, dum ponam inimicos tuos ſcabellum pe- E dum tuorum, quemadmodum antè dixi. Et rurſus in alio pſalmo, So-

144. lium tuum Deus perpetuum eſt, virga æquitatis, virga regni tui. Dile-

A xiſti iuſtitiam,& malitiam odiſti:ob eámque cauſam vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitiæ maiore copia quàm ſocios tuos. Num igitur aliũ quendam Deum ac Dominum dici à Spiritu ſancto præter rerum parentem eiúſque Chriſtum concedatis, mihi reſpondete, cùm me vobis demonſtraturũ pollicear ex ſcripturis,non vnum angelorum duorum qui Sodomam deſcenderint, eſſe eum quem ſcriptura Dominum vocauit, ſed illũ qui cum eis Abrahamo viſus eſt, & Deus dicitur. Tum Tryphon,Doce, inquit: nam,vt cernis, dies effluit, & nos ad tam difficiles reſponſiones non ſumus parati, quandoquidem neminem vnquam qui hæc ſcrutaretur, aut quæreret, aut doceret,audiuimus.Nec te dicentẽ tuliſſemus,niſi
B omnia ad ſcripturas referres atque reuocares. Ex eis enim argumẽta depromere ſtudes,nec quẽquam eſſe Deũ præter eum qui mundum condidit cenſes.Tum ego, Probè, inquam, hoc ſcriptum eſſe ſcitis, Et dixit *Gen.18.* Abrahamo Deus, Cur riſit Sarra dicens, Num verè ſum paritura? præſertim cùm ſenuerim. Num quid eſt quod Deus efficere non poſsit? Hoc ipſo tempore ad te redibo tempeſtiuè,eritque Sarræ filius. Et paulò infrà, *Ibid.* Surgentes illinc viri, Sodomam & Gomorram verſus aciem oculorũ intenderunt: Abrahamus autem deducens eos vnà iter faciebat. Dominus verò dixit, Num Abrahamum ſeruum meum celabo id quod facio? Et paulò pòſt rurſus loquitur hoc modo, Dixit Dominus, Clamor Sodo-
C morum & Gomorrhanorum completus eſt,eorúmque peccata admodum grauia & magna ſunt. Viſam ergo,num pro clamore ſuo qui ad me peruenit,perficiant:Sin minus, vt ſciam. Viri illinc profecti, Sodomam venerunt: Abrahamus autem in conſpectu Domini ſtabat, cúmque acceſſiſſet propiùs,dixit, Num iuſtum cum impio delebis? & quæ ſequuntur. Non enim mihi ea omnia rurſus ſcribenda ſunt quæ antè ſcripſi, ſed illa modò proferri & commemorari neceſſe eſt, quibus & Tryphoni & eius amicis rem confirmaui. Tum ergo ad ea quæ ſequuntur, veni,quæ ſunt huiuſmodi,Abiit autem Dominus vt finem fecit loquendi cum Abraha-
D mo,abiítque ad locum ſuum.Venerúntque duo angeli Sodomam veſpe- *Gen.19.* ri. Lotus autem ad portam Sodomorum ſedebat, & quæ ſequuntur eodem modo,ad illum locum, Sed porrectis manibus viri Lotum ad ſe domum traxerunt,foréſque domus occluſerunt: & quæ ſequũtur ad locum illum,Arripuerúntque angeli eius manum, vxoríſque eiuſdem manum, eiúſque filiarum manus, propterea quòd Dominus ei ignouiſſet. Cúmq; eos eduxiſſent,dixerunt,Serua,ſerua vitam tuam,ne reſpice retro à tergo, neq; ſta in omni circà regione:Serua te in monte,ne fortè ſimul comprehendare. Lotus autem eos ita conuenit, Rogo te Domine,quoniam ſeruus tuus miſericordiam & gratiam à te iniit, iuſtitiámque tuam magnam reddidiſti,vt me vitámque meam conſerues: Ego in monte cõſeruari nõ
E poſſum, ne me mala opprimant,& moriar. En ciuitas eſt hîc in propinquo parua,in quam confugiens, liberabor, & vita mea ſeruabitur.Dixítque ei, Faciem tuam in hac quoque re miratus ſum, ne hoc oppidulum pro quo me rogaſti, delerem.propere te ibi ſerua,neque enim quicquam

efficere potero,quoad eò perueneris. Ob eámque cauſam oppidum illud A
Segóram nominauit. Sol ortus eſt, & Lotus Segóram ſe recepit: ac tum denique Dominus pluit in vrbes Sodomã & Gomorram ſulphur & ignẽ ex cælo, euertítque illas ciuitates omnémque circà regionem. Cùm rurſus finem dicendi feciſſem, hoc addidi, Non etiam modò intellexiſtis vnũ ex tribus,qui & Deus & Dominus ei qui in cælis eſt adminiſtrat,Dominum eſſe duorum angelorum? Cùm enim Sodomã veniſſent, ipſe relictus cum Abrahamo colloquebatur de iis quæ à Moſe mandata ſunt monumentis literarum, quo etiam abeũte poſt colloquium Abrahamus ad ſe rediit: qui cùm veniſſet, non iam duo angeli cum Loto colloquuntur, ſed is ipſe, vt ſcriptura indicat, & Dominus eſt, qui à Domino qui in B
cælis habitat, id eſt, mũdi effectore poteſtatem acceperat iis ſuppliciis afficiẽdi Sodomos & Gomorranos, quæ ſcriptura enumerat his verbis, Dominus pluit in vrbes Sodomorum & Gomorranorum ſulphur & ignem à Domino è cælo. Tum Tryphon, tacente me, Scriptura, inquit, hoc nos quidem confiteri videtur cogere. Quod autem quærendum eſt de illo quod ſcriptũ eſt, ea illos ediſſe quæ ab Abrahamo parata & appoſita fuerant, tu quoque confitebere? Ego tum, Ediſſe quidem, inquã, ſcriptum eſt. ſi autem tres comeſſe dictum ſcriptúmue audiuerimus, nõ duos tantùm, qui & reuera angeli erãt, & in cælis, vt perſpicuum eſt nobis, aluntur: etſi non iiſdem cibis quibus homines vtuntur, (nam de manna, quo cibo victitarunt maiores veſtri in ſolitudine, ita ſcriptum eſt, Panem angelo- C
rum ederunt) aſſerere poſſum, ſcripturam quæ ait, Ediſſe, ita dicere, vt de igne poſsumus dicere, eũ deuoraſſe ac conſumpſiſſe omnia: non autẽ hoc accipiendũ eſſe omnino, eos dentibus & maxillis mitigantes cibum ediſſe. Ita fit vt ne hoc quidem loco ambigere de re vlla poſsimus, ſi vel aliquantum periti ſimus generis dicendi quod tropologia dicitur. Ad hæc Tryphó, Poſſunt, inquit, etiam hæc de edendi genere obſeruari, quo cõſumptis iis quæ ab Abrahamo parata erant, eos ediſſe ſcriptum eſt. Itaq; veni iam ad docendum, eum Deum quem Abrahamus viderit, & qui vniuerſi conditoris Dei adminiſtrator eſt, ex virgine natum, hominem eadem quæ omnes patientẽ, id quod antè dixiſti, factum fuiſſe. Tum ego, D
Patere me, inquã, priùs alia etiam argumenta & probationes ad hoc caput cõferre multis, vt & vos hoc vobis perſuadeatis: tũ quod petis perficiã. Ille, Vt tibi, inquit, videtur, facito: mihi enim quoq; pergratũ & quod valde cupio facies. Tum ego, Scripturas, inquam, vobis prolaturus ſum, non verborum apparatum ſola arte oſtentare ſtudeo. Neque enim in me talis vlla vis & facultas ineſt, ſed ſolum Dei munus ad intelligendas eius ſcripturas mihi conceſſum eſt, cuius muneris etiã omnes vt participes fiãt, ſine mercede, & abundanter hortor, vt ne hoc etiam nomine cõdemner in iudicio, quod per Dominum meum Ieſum Chriſtum rerum parens E
Deus facturus eſt. Hoc loco Tryphon, Hoc etiam, inquit, pro dignitate religionis facis. Sed mihi diſsimulator vidêre, qui vlla dicendi ex arte facultate præditum te eſſe neges. Ego rurſus, Quoniam tibi, inquam, hæc
ita

A ita eſſe videntur,ſint ita ſanè. Ego verò verum eſſe mihi perſuadeo. Sed quò faciliùs & maturiùs deinceps perſuadeam,rémque conficiam,fac audientiam.Cùm vt dicerem annueret, tum ego, A Moſe,inquam,ô amici, rurſum ſcriptum eſt, eum Deum qui dicatur viſus à patriarchis, & Angelum & Dominum dici, vt etiam ex his eum mundi parentis adminiſtratorem eſſe cognoſcatis, quemadmodum iam conceſsiſtis, & pluribus perſuaſi firmi & ſtabiles permaneatis in ſententia.Exponens quidem per Moſem propheticus ſermo res geſtas Iacobi Abrahami nepotis, his verbis vtitur, Cùmque oues in vtero conciperent, vidi oculis in ſomno *Gen.31.* cùm arietes & hirci in oues & capras aſcenderēt, albi, varij & colore ci-
B nereo tincti:Dixítque mihi angelus Dei per quietē,Iacobe,Iacobe. Cùm reſpondiſſem,Quid eſt Domine? dixit, Aſpice tuis oculis & vide mares aſcendentes in fœminas,candidos, varios, & maculis diſtinctos. Quæ in te Laban fecerit, vidi. Ego ſum Deus quem vidiſti in loco Dei vbi mihi columnam vnxiſti, & votum mihi nuncupaſti. Nunc ergo exi ex hac regione,& abi in patriam tuam,tibíque adero.Rurſus alio loco de eodem Iacobo loquitur hoc modo ,Cúmque illa nocte ſurrexiſſet, accepit vxo- *Cap.31.* res duas totidémque ancillas cum vndecim liberis ſuis, traiecítque Iabochi vadum, & trans torrētem tranſportauit ſua omnia. Cùm ſolus ibi remanſiſſet, angelus cum eo ad primam lucem luctabatur. Is cùm intelli-
C geret illum præſtare viribus ,latitudinem femoris eius attigit, & latitudo femoris emarcuit, cùm ipſe cum illo luctaretur. Dixítque ei, Omitte me: iam enim diluxit.Ille ſe eum omiſſurū negat,niſi ſibi benedixiſſet. Cúmque ab eo nomen requireret, íſque Iacobum ſe vocari reſpondiſſet, negat ille eum iam Iacobum vocatum iri,ſed Iſraēlem nomen eius futurum:quòd ſi Deum viribus ſuperaſti,& homines ſuperabis. Rogauit etiā Iacobus quis vocaretur:dixítq;, Quamobrem nomen meum requiris? Eſque benedixit in eodem loco. Et vocauit Iacobus locum illum, Forma Dei: vidi enim Deum facie ad faciem, & animus meus lætatus eſt. Rur-
D ſus alio loco de hoc eodem Iacobo loquitur hoc modo,Venit autem Ia- *35.Cap.* cobus Luzam quæ eſt in Chananæorum regione, quæ eadem Bethel dicitur, ipſe vniuerſúſque populus qui cum eo erat, ibíque aram extruxit, ac loco illi nomen Bethel impoſuit.Ibi enim ei apparuit Dominus,cum Eſau fratris ſui conſpectū fugeret. Mortua eſt autem Debora Rebecę nutrix, ſepultáque eſt infra Bethel ſub quercu, eiúſque nomen Quercum luctus vocauit. Apparuit etiam Iacobo iterum Luzę Dominus, cùm ex Meſopotamia Syriæ veniſſet,eíq; benedixit ac dixit,Nomen tuū non iam Iacobus vocabitur, ſed Iſraël nomen tuum erit. Deus vocatur, & Deus eſt,ac futurus eſt. Cùm omnes capitibus annuiſſent, Verba etiam,inquā, quę indicant quemadmodum ei conſpectum fratris ſui fugienti,apparue-
E rit hic & angelus, & Deus & Dominus,atque ſpecie habitúq; viri Abrahamo ſe oſtendit, & figura hominis ipſi Iacobo, tum cùm luctatus eſt, neceſſe eſſe vobis proferre iudico: Sunt autem hæc, Profectúſque eſt Ia- *Gen.28.* cobus à puteo iuriſiurandi,& in Charam venit: cùm in locū perueniſſet,

ibi quieuit. Sol enim occidebat. Sumptíſque lapidibus qui eo in loco erāt, nonnullos capiti ſuo ſuppoſuit, dormiénſque in eo loco ſomnium vidit. Scala viſa eſt, quæ defixa erat humi, cuius ſumma pars ad cælum perueniret. In ea aſcendebant & deſcendebant angeli. Dominus autem in eadem fixus & innixus manebat, qui his verbis eum allocutus eſt, Ego ſum Dominus Deus Abrahami aui tui, & Iſaaci: Ne time. terram in qua dormis, tibi tuíſq; poſteris dabo, ſeménque tuum arenæ marinæ multitudinē æquabit, pertinebítque ad mare, ad Auſtrum, ad Aquilonem, & ad ortum: atq; in te & in tuo ſemine benedictionē omnes regiones terræ conſequētur. Tecum ego ero, tuebórque te quancumque viam ingreſſus fueris, téque in hanc terram ac regionem perducam: neque enim vnquā te deſeram, quoad omnia quæ tibi pollicitus ſum perfecero. Expergefactus Iacobus, in eo loco Dominū eſſe dixit, quod ipſe neſciret. Hinc metu perculſus, dixit, Quàm terribilis eſt hic locus! non eſt hoc aliud niſi domus Dei, & hæc porta eſt cæli. Manè ſurgens Iacobus, lapidem quem capiti ſuo ſuppoſuerat, accepit, eúmque pro columna ſtatuit, oleóque in eius cacumen effuſo, locum illum Domum Dei vocauit, cùm antea vrbs illa Vlammaus diceretur. Quę cùm dixiſſem, Patimini me, inquam, ex eo etiā libro qui Exodus inſcriptus eſt, docere, hunc ipſum quem & angelum, & Deum, & Dominum, & virum, & hominem Abrahamus & Iſaacus viderunt, ex dumo in flamma ignis extitiſſe & cum Moſe collocutum. Illis ſe libenter, ſine labore, ſtudioſéque audire dicentibus, Hæc ſunt, inquam, in libro ſcripta qui Exodus inſcribitur, Multo pòſt rex Ægypti exceſsit è vita: túmque filij Iſraëlitici ob operas ingemuerunt, & quæ ſequuntur ad locum hunc, Cùm veniſſet, omnem Iſraëliticum ſenatum & ſacerdotes ad ſe conuocauit. Dominus Deus patrum noſtrorū mihi apparuit, Abrahami Deus, Iſaaci Deus, & Iacobi Deus dicens, Vos reſpexi, conſyderauíque omnia quæ vobis in Ægypto acciderunt. Ad hæc adiiciens, Intellexiſtis, inquam, vos, quem Moſes angelum ſecum in flamma ignis locutum eſſe dicit, eum ipſum qui ſit Deus, Moſi expoſuiſſe ac patefeciſſē, ſe eſſe Abrahami, Iſaaci & Iacobi Deum? Ad hæc Tryphon, Non hoc, inquit, ex iis verbis quæ antè prolata ſunt, intelligimus: ſed angelum quidem fuiſſe qui in flamma ignis apparuit, Deum autem eum qui Moſem conuênit. Itaque & angelum & Deum qui duo ſimul erant, ſe tum oſtēdiſſe intelligimus. Tum ego, Si ita, inquā, accidit, amici, vt & angelum & Deum tum Moſes viderit, quemadmodum etiam vobis verba quæ prolata ſunt, demonſtrarūt, non parens mundi Deus erit is, qui ſe Moſi Deū Abrahami, & Deum Iſaaci, & Iacobi Deum eſſe dixit, ſed is quem demonſtratum vobis eſſe dicitis, Abrahamo & Iacobo apparuiſſe, qui voluntati effectoris vniuerſi morem gerit, & in Sodomorum ſupplicio, eodē modo eiuſdē voluntati obtemperauit. Itaque ſi ita eſt vt dicitis, duos fuiſſe & angelum & Deū, nemo homo in quo vel particula rationis & mentis inſit, auſit dicere, & mundi effectorem & parentem, relictis iis omnibus quę ſupra cælum ſint, in parua terræ particula apparuiſſe. Tum Tryphon,

A phon, Quoniam,inquit,iam antè demonſtratum eſt,Deum & Dominū nominatum,qui Abrahamo oſtenſus eſt, à Domino qui cælos incolit,accepta poteſtate, regioni Sodomorū ea mala dediſſe quæ data ſunt,& modò angelum fuiſſe cum eo qui Moſi apparuit, eundémque Deum fuiſſe: Deum qui ex dumo cum Moſe locutus ſit, non effectorem vniuerſi Deū fuiſſe intelligemus, ſed illum quem demonſtraſti & Abrahamo & Iſaaco & Iacobo appаruiſſe,qui idē Dei qui mundum effecit angelus & vocatur & eſſe intelligitur ex eo, quòd hominibus res & conſilia parentis molitoríſque rerum omnium nunciet. Hoc ego loco, Iam tandem rurſus,inquā, docebo, qui Moſi ſe patefecit & cum eo locutus eſt,hunc ipſum vnū qui B & angelus vocetur,& Deus ſit, extitiſſe.Sic enim ſcriptum eſt, Apparuit *Exo.3.* autem ei angelus Domini in flamma ignis ex dumo: cùm vidit rubum ardentē,qui non conſumebatur,Dixitq; Moſes,Viſam viſionē iſtam magnā, quòd rubus non conſumatur. Vt autem eum vidit Dominus accedentem, vidēdæ explorādæque rei gratia, eum ex dumo accerſiuit.Quemadmodum igitur angelum quē per quietem Iacobus vidit, ſcriptura nominat, deinde eum angelum quem in ſomno viderit, ei dixiſſe narrat, Ego ſum Deus qui tibi apparui,cùm fratris tui Eſau cōſpectum fugeres:& ſub Abrahamo in Sodomorum condemnatione Dominum à Domino qui cælos incoleret,ſupplicio affeciſſe expoſuit: ſic etiam hoc loco ſcriptura C quæ angelum Domini Moſi apparuiſſe narrat,ac deinde Dominum eum eſſe Deúmque ſignificat,eūdem dicit, quem etiam multis locis quæ prolata ſunt,adminiſtratorem Dei cæleſtis ſupra quem non eſt alius, ſignificat. Aliud etiam vobis,inquam,teſtimonium ex ſcripturis proferam,quo docebo,Deū principio ante omnes creaturas vim genuiſſe quandā ex ſe rationis participem,quæ etiam Domini gloria à Spiritu ſancto vocetur,interdum filius, interdum ſapientia,nonnunquam angelus,aliquādo Deus, aliàs Dominus & verbum, nonnunquam verò eum ducem exercitus appellat, cùm humana figura Ieſu Nauæ filio apparuit. Poteſt enim omnia D nominari ex eo quòd paternę voluntati morem gerat,& quòd à patris voluntate generatus ſit:non tamē eo modo,quo apud nos aliquid fieri cernimus.verbum enim aliquod proferentes,verbum procreamus,non diuiſione quaſi diminuatur verbū quod in nobis eſt dum proferimus.Quódque in igne fieri aliū animaduertimus,non illo imminuto ex quo incendium natum eſt,ſed eodem remanente:& qui ex eo accenſus eſt,& idem videtur eſſe,non eum ex quo accenſus eſt,minorem reddit. Verbum autē Sapientiæ teſtabitur hunc ipſum eſſe Deum qui à rerum parente genitus ſit,& verbum & vim,& gloriam eius eſſe qui genuit, cùm hæc per Salomonem dixerit,Si renunciem vobis ea quæ quotidie fiunt, vos vt ea quæ *Prouer.8.* E ab æternitate ſunt, numeretis,monebo. Dominus procreauit me initio viarum ſuarum ad opera ſua: ante æternitatem initio me fundauit, antè quàm terrā efficeret,antè quàm abyſſos faceret, antè quàm fontes aquarum proſilirent, antè quàm montes ſtabilirentur, antè omnes colles me gignit. Deus regionem fecit,& terram incultam,& fines orbis terræ ſub

cælo. Cùm cælum parauit & molitus eſt, cum eo aderam, & cùm ſolium A
ſuum à ventis ſeiungebat: cùm nubes quæ ſupernè ſunt, firmas & ſtabiles faciebat, & quaſi tutos abyſsi fontes, cùm firma terræ fundamenta faciebat, eram cum eo & accõmodabam. Ego ſum ex qua & cum qua lætabatur. Quotidie in omni tempore in conſpectu eius gaudebam, quòd lætaretur cùm orbem perfeciſſet, & filiis hominum delectaretur. Nunc igitur fili, audi me, Beatus vir qui me audiet, beatúſq; is qui vias meas cuſtodiet, dormiens ad fores meas quotidie, obſeruans ſtationes mei inceſſus & introitus. Exitus enim mei exitus vitæ ſunt, & à Domino volũtas parata eſt. Qui autem in me peccant, impiè ſceleratéque in animum ſuũ faciunt: & qui me oderunt, mortem diligunt. Atque hoc ipſum, inquám, etiam per Moſem Dei Verbum cõmemorauit, indicans nobis quẽ Deum B
declarauit dicere hac ipſa intelligentia cùm homo conderetur, his verbis, Faciamus hominem ad ſimulachrum noſtrum & ſimilitudinem, præſitq;
Gen. I. piſcibus maris, & auibus cæli ac iumentis, vniuerſǽq; terræ, omnibúſque reptilibus in terra repẽtibus. Fecítq; Deus hominẽ, ad imaginem ſimulachrúmq; ſui eum fecit, marẽ & fœminã eos fecit. Benedixítq; eis Deus his verbis, Creſcite & multiplicamini ac replete terrã, eíq; dominamini. Atq; vt ne verba quę antè prolata ſunt mutantes, idẽ dicatis quod doctores veſtri, aut Deũ ſecum loquutũ eſſe. Faciamus, id quod nos quoq; cùm aliquid facturi ſumus, nobiſcum dicimus, Faciamus: aut cum elementis, id eſt cũ terra, itémque cæteris, ex quibus hominem factum eſſe intelligimus, Deũ C
loquutum eſſe, cùm dixit, Faciamus: verba quæ ab eodem Moſe commemorata ſunt, ruſus proferam, ex quibus citra controuerſiã eundem cum quodam qui numero diuerſus eſſet, & particeps rationis, ſermonem habuiſſe cognoſcere poſſumus. Sunt autem verba hæc, Dixítque Deus, Ec-
3. Cap. ce Adamus quaſi vnus ex nobis factus eſt, vt boni & mali notionem habeat. Cùm ergo dixit, Quaſi vnus ex nobis, & numerum inter ſe colloquentium, & minimùm duorum indicauit. Neque enim id verum eſſe dicam, quod ſecta quæ apud vos dicitur, tradit, vel illius doctores docere poſſunt, Deum hæc angelis dixiſſe, vel corpus hominis fuiſſe ab angelis effictum: ſed hoc quod verè à patre editum eſt, & generatũ, ante opera o- D
mnia cum patre erat, & cum eo pater colloquitur, quemadmodum ſcriptura per Salomonem indicauit, & principium ante omnia quæ effecta ſunt, hoc ipſum fuiſſe & à Deo eſſe generatum, quod Sapientia à Salomone appellatur: & hoc ipſum Ieſu Nauæ filio patefactum eſt. Atque vt ex his quod dico perſpiciatis, audite ea quæ ex Ieſu libro proferam. Sunt au-
Ioſ. 5. tem hęc, Cúmque Ieſus Hierichone eſſet, reſpiciens videt hominem ſibi proximum ſtantem, & accedens rogat eum. Noſtérne es, an hoſtium? Ille reſpondet, Dux exercitus Domini nunc veni. Ieſus vultum in terram demittens, ſéq; ad eius pedes abiiciens, ab eo quæſiuit, Domine quid ſeruo tuo imperas? Dux exercitus Domini Ieſu reſpondit, Vt ſoluas calceos E
è pedibus tuis. Locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. Tum Hiericho
6. Cap. clauſa erat, & munita, nec quiſquam ex ea egrediebatur, nec in eam intrabat

A bat. Dixítque Dominus Ieſu, En tuæ poteſtati Hierichonem trado, & eius regem qui in ea eſt,omnéſque fortes viros.Hoc loco Tryphon,Hoc à te multis,inquit,demonſtratū eſt.Quod ergo reſtat,doce:hunc ex virgine hominem naſci voluiſſe patris ſui voluntate, & in crucem actum eſſe atque mortuum. Perſpicuum etiam eſſe,eum cùm excitatus eſſet in cælū aſcendiſſe,hoc doce.Ad hęc ego, Iam hoc quoque,inquam,à me demōſtratum eſt iis prophetiarum locis quæ antè protuli,quę eadē veſtra cauſa iterum commemorans & exponens,dabo operam vt mihi in hoc etiam aſſentiamini.Verbum enim quo Eſaias vſus eſt,Genus enim eius quis exponet? quòd vita eius à terra auferṫur: num tibi videtur dictum quaſi 53.Cap.
B eius qui non ex hominibus genus habeat? qui propter populi ſcelera à Deo morti traditus eſſe dictus eſt?de cuius etiam ſanguine Moſes,quemadmodum antè dixi,ſanguinis vuę collatione vſus,eum veſtē ſuam abluere commemorauit,tanquàm ſanguis eius nō humano ſemine generatus ſit,ſed Dei voluntate.Et quæ à Dauide dicta ſunt,In ſplēdoribus ſanctorum tuorum,ex vtero ante Luciferum te genui. Iurauit Dominus,nec eū pœnitebit,tu es ſacerdos in perpetuum ordinis Melchiſedeci:nonne vobis ſignificant Deum parentéque rerum omnium rurſus & per humanū vterum illum fuiſſe generaturum? Et aliis verbis quæ etiam eadem prola-
C ta ſunt,Sedes tua Deus ad perpetuitatem manebit,virga æquitatis, virga regni tui.Dilexiſti iuſtitiā & odiſti iniquitatē, ob eámq; cauſam te Deus Deus tuus vnxit oleo lętitię maiore copia quàm ſocios tuos,Myrrha,gutta & caſia è veſtibus tuis,à domibus eburneis, quibus te lætificauerunt filię regum in honore tuo.Adfuit regina ad dextrā tuam veſte aurea amicta & diſtincta variis coloribus.Audi filia & vide,& demitte aurem tuā:populi tui,paternæque domus te capiat obliuio:tum rex pulchritudinē tuam cōcupiſcet,quòd is eſt Dominus tuus,eúmque adorabis.Veneratione igitur dignum eſſe & Deum & Christū eſſe,eius qui hæc fecit teſtimonio verba etiam hæc apertè ſignificant: atque hoc etiam, iis qui ipſi credunt, vt qui ſint vnus animus,vnus cœtus,& vna Eccleſia,Verbum Dei Eccleſiæ
D quę ex ipſius nomine facta eſt,& ab ipſo nomen habuit (Chriſtiani enim omnes vocamur) tanquam filiæ ſignificat:idémque verba prophetię planè prædicant quæ docent nos omnes veterum inſtitutorum quæ à maioribus tradita accepimus,obliuiſci,hoc modo,Audi filia,vide,& demitte aurem tuam,& populum tuū domúmq; patris tui obliuiſcere,túmq; rex pulchritudinem tuā concupiſcet,propterea quòd ipſe eſt Dominus tuus,eúmque adorabis.Tum Tryphō,Sit ſanè veſter omniū qui gentes eſtis & Dominus & Chriſtus,& Deus cognitus, quemadmodum ſcripturę declarāt, veſter,inquam,qui etiam ab eo habuiſtis vt Chriſtiani omnes appellemi-
E ni:nos tamen qui Deum à quo is etiam factus eſt,colimus,nihil eius profeſſionem veneratiónemque deſyderamus. Ad hæc ego, Si æquè ac vos, inquam, concertationum ſtudioſus eſſem, aut vanus, non iam tempus vllum in conferendo vobiſcum ſermone cōſumerem,præſertim cū parati non ſitis ad ea intelligenda quæ dicuntur, ſed voſmetipſos ſolùm ad ali-

quid dicendum acuatis. Nunc cùm dei iudicium verear, non de quoquã A
generis veſtri pronũcio, niſi quis ab iis qui Domini exercituum munus acceperunt ſeruari poſſit. Itaque vt improbitate inſigni ſitis, tamen hærebo in eo, vt vobis reſpondeam ad omnia quæ obiicitis, & cõtradicitis: eúmque me pręſto plane omnibus cuiuſuis generis hominibus qui vel mecũ diſputare velint vel me rogare. Omnes quidem qui ſalutem adipiſcuntur Iudæi, huius opera & beneficio ſalutem cõſequi, & in eius parte eſſe ex iis ſcripturæ locis quæ à me antè prolata ſunt, ſi attendiſſetis, iam intellexiſſetis, nec à me profectò hoc vnquam quæſiuiſſetis. Rurſus autem ea commemorabo, quæ à me ex Dauîde prolata ſunt, petóq; à vobis, vt intelligatis, non vt vos ipſos ad verſutias & ad ſtudium contradicendi ſolùm adhortemini. Sunt autẽ hæc Dauîdis verba, Dominus regnauit, iraſcantur populi: qui in Cherubin ſedet, terra moueatur. Dominus in Sione magnus eſt, cunctis populis excelſior. Laudent magnum nomen tuũ, propterea quòd terribile & ſanctum eſt: honórque regis iudicium amat. Tu æquitatem paraſti: iudiciũ & ius in populo Iſraëlitico reddidiſti. Extollite Dominum Deum noſtrum, ſcabellúmque pedũ eius veneramini, quoniã ſanctus eſt. Moſes & Aaronius in eius ſacerdotibus, & Samuel in iis qui eius nomen inuocant & appellant. Dominum inuocabant, eiúſq; fidem implorabant, & Dominus eos audiebat. in columna è nube cum eis loquebatur, quòd ipſius teſtimonia ſeruarent, & præceptis quæ eis tradidiſſet, parérent. In aliis etiã locis quæ ſuprà ex Dauîde protuli, quæ vos de Salomone ſtultè & imperitè dicta eſſe vultis, quòd in Salomonẽ inſcripta ſunt: quibus & hoc, nõ de Salomone ipſa ſcripta eſſe, docetur, & hunc ante ſolem fuiſſe, & Iudæos qui ſalutem adipiſcũtur, eius opera & benignitatę conſecuturos. Sunt autem hæc, Deus iudicium tuum regi trade, & iuſtitiam tuã regis filio, vt populum tuum iuſtè iudicet, pauperéſque tuos in iudicio. Recipiant mõtes pacem populo, colléſque iuſtitiã: pauperes plebis iudicabit, ſalutémque filiis inopũ dabit. Opprimet calũniatorẽ & abiiciet, & cũ ſole permanebit, & ante lunam in perpetuũ, & quę ſequũtur ad hunc verſum, Ante ſolem conditũ nomen eius ſtat: ab eóque gẽtes omnes terræ benedictionẽ accipient, cunctæ nationes eum beatũ dicent. Laudabilis Dominus Deus Iſraëlis, qui ſolus mirabilia facit, noménque maieſtatis eius in perpetuũ laudabitur, cunctáque terra gloriã eius illuſtrabit: fiat fiat. Alia etiã verba Dauîdis quæ antè à me prolata ſunt, quæ & ab extremis cælis venturũ eum & rurſus eodẽ reuerſurum eſſe declarabant, facite vt vobis in mentẽ redeant, vt Dei qui è cælo deſcẽdit, & homo inter homines factus eſt, notionẽ habeatis illiúſque qui iterũ venturus eſt, quéque viſuri ſunt, ij qui eũ pupugerunt. Sunt autem hæc, Cæli narrant Dei gloriam: & opus manuũ eius firmamentum nunciat. Dies diei verbum eructat, noctique nox ſcientiã indicat. Non ſunt verba, neq; ſermones, quorũ non eorũ voces audiantur. In omnẽ terram eorũ ſonus exiuit, eorúque verba in fines orbis. In ſole tabernaculũ ſuũ poſuit, idémque tanquam ſpõſus qui ex thalamo ſuo egreditur. Lætus gigantis more curſum ſuum

Pſal. 98. B

71. Pſal. C D

Pſal. 18. E

conficiet

A conficiet: è ſummo cælo egreſsus eſt, & ad ſummum cælum rediit. Non eſt qui calorem eius declinet. Tum Tryphon, equidem cùm tam multis, inquit, ſcripturæ locis flectar, tamen haud ſcio, quid de ſcriptura dicam, qua apud Eſaiam Deus vlli alij daturum ſe, aut cum eo communicaturum gloriam ſuam negat, his verbis, Ego Dominus Deus, hoc nomen meum eſt: gloriam meam virtuteſque meas alteri non tradam. Ad hæc ego, Si ſimpliciter, non malitioſè, inquam, his prolatis verbis, tacuiſti, cùm nec ſuperiora antè protuleris, nec conſequentia coniunxeris, venia dignus es. Sin quòd ſperes te poſſe ambiguam perplexámque noſtram diſputationem reddere, vt ſcripta diuina inter ſe contraria eſſe dicam, vehementer erraſti. Neque enim hoc vnquam audebo aut cogitare, aut dicere: ſed ſi qua ſcriptura, quæ talis videatur, opponatur, ſpeciémque repugnantiæ gerat, hoc mihi cùm planè perſuaſerim, ſcripturam nullam alteri eſſe contrariam, ipſe potius non intelligere me quæ prolata ſunt, fatebor, dabóque operam, vt eos qui contraria ſcripta eſſe exiſtimant, eò adducam, vt ſe potiùs in eadem qua ego ſum, ſententia eſſe patiantur. Quorſum autem quæſtionem poſueris, Deus intelligit. Ego verò quæ ſit illorum verborum ſententia, vos commonefaciam: vt ex hoc etiam ipſo Deum cum vno Chriſto ſuo gloriam ſuam communicare intelligatis. Repetam autem pauca verba quæ coniuncta ſunt cum iis quæ Tryphon protulit, itémque ea quę ſimiliter deinceps cohærent. Neque enim ex alia comprehenſione ea proferam, ſed ex vna vt ſunt collocata & copulata. Ac mihi vos animum mentémque accommodate. Sunt autem hæc, Sic dicit Dominus Deus qui cælum fecit, atque finxit, qui terram eáque quæ in ea ſunt, ſtabiliuit, & dat ventum populo qui eam incolit, & ſpiritum iis qui eam pedibus obterunt. Ego Dominus Deus vocaui te in iuſtitia, manúmque tuam tenebo, & te corróborabo: dedíque te vt ſis teſtamentum generis, & lumen nationum, vt cæcorum oculos aperias, educáſque ex vinculis compeditos, & ex carcere eos qui in tenebris ſedent. Ego Dominus Deus, hoc meum eſt nomen. Alij gloriam meam nō dabo, nec virtutes meas ſimulachris quæ ſculpuntur. Ea quæ ab initio erant, veniunt: noua quæ ego nuncio, quæ eadem antè quā nunciarem, mihi patefacta & enunciata ſunt. Laude noua Deum ornate, principium eius ab extremis terræ finibus: qui in mare deſcēdunt, & ſemper nauigant, inſulæ earúmq; incolæ. Lætare ſolitudo, & vici earum, caſę, & qui Cædar incolunt, lætabuntur, quíque petram incolunt. A montiū cacuminibus clamabunt, Deo gloriā tribuent, eius virtutes in inſulis nunciabūt. Dominus Deus exercituū egredietur, cōprimet bellum, furorē excitabit, & in hoſtes magna vi vociferabitur. Hæc cùm protuliſſē, eos ita conuéni, Intellexiſtíſne amici Deū gloriā ei tributurū eſſe quē lucem gentium conſtituit, non alicui alij, nō ꝙ Deus, quēadmodū Tryphō dixerat, ſibi gloriā retineat? Ad hęc Tryphō, Hoc etiā, inquit, intelleximus. Itaq; reliquā etiā diſputationis partē concludito. Tū ego, repetito ſermone ab eo loco in quo initio deſiera, cùm docerē eum ex virgine natū eſſe, & ex virgine

Marginal notes: B, C, D, E (section letters); *Eſa.42.*; *Ibidem.*

naſciturum,ab Eſaia propheta prædictum eſſe:ipſam quoq; vaticinationẽ A
Eſa..7. rurſum protuli,quę his verbis explicata eſt, & Dominus hoc pręterea Achaz dixit,Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundo,vel in excelſo: Dixítq; Achaz,Non petã,nec tentabo Dominum. Aítq; Eſaias,Audite ergo familia Dauidica,Parúmne eſt vobis negotiũ hominibus faceſſere, niſi etiã Deo negotia exhibeatis?Ob eã cauſam Dominus ipſe vobis ſignũ dabit.Ecce virgo concipiet pariétque filiũ,eiúſq; nomen Emmanuël vocabitur:butyrum & mel edet,antè quàm ſciat & poſsit improbare mala,vel bona approbare, quòd prius quàm puer boni malíue notionem habeat, fugiet mala vt bonũ ſequatur.Itaque prius quàm puer noſcat patrem aut B matrẽ, poteſtatem & imperiũ Damaſci accipiet,& Samariæ ſpolia in con-
8.Cap. ſpectu regis Aſsyriorum,& terra deſeretur, quã tu moleſtè feres à duobus regibus.Sed Dominus tibi adiiciet ſuóq; populo,& domui patris tui dies qui nondum venerũt,ex quo Ephraimũ à Iuda abſtulit cum rege Aſsyriorum.Tum hoc addidi,Omnibus quidem,inquam,perſpicuũ eſt, in Abrahami genere quod ex carnis propagatione ducitur,natum eſſe ex virgine, aut proditum eſſe memoriæ, natum eſſe præter hunc Chriſtum noſtrum, neminem.Hoc loco Tryphon,Scriptum non eſt, inquit,Ecce virgo concipiet pariétque filium,ſed, Ecce adoleſcentula concipiet pariétque filiũ, & quæ ſequuntur, vt protuliſti. Omnis autem prophetia de Ezechia intelligitur, cui eueniſſe demonſtrantur ea quæ prophetia hæc ſignificat. C
In fabulis verò eorum qui Græci dicuntur,fertur,Perſeum ex Danaë quę virgo eſſet, cùm Iupiter ad eam forma figuráque aurea veniſſet, eſſe generatum:vóſque qui eadem quæ illi traditis, erubeſcere debetis, ac potius Ieſum hunc hominem ex hominibus natum dicere: ac ſi docetis ex ſcripturis eum eſſe Chriſtum, quòd vitam legum præſcripto atque perfectæ virtuti congruentem egerit,dignũ exiſtimare qui in Chriſtum eligeretur, ſed tamen non eſt quòd audeatis monſtri ſimilia prodere,ne æquè ac Græci delirare conuincamini.Ad hæc ego, Illud tibi,Tryphon,inquam, velim perſuadeas, omnéſque homines, vos vt irridentes & cachinnos cõ D mouentes peiora dicatis, me tamen non aberraturum eſſe à propoſito, ſed quæ verba aut res vos reprehendendi refellendíque mei cauſa opponere vos putatis,ex iis me ſemper ad ea quæ à me dicuntur cum ſcripturarum teſtimonio confirmanda, argumenta eſſe ducturum. Nec verò tu quidem certè rectè & ex ſtudio veritatis facis,qui illud etiam de quo ſemper inter nos conuenit,præcepta quædã ac leges à Moſe propter animorum generis veſtri contumaciam latas eſſe,conuellere conaris. Dixiſti enim eum quòd ex lege vixiſſet, delectum eſſe,Chriſtúmque factum, ſi fortè hic eſſe doceatur. Tum Tryphon, Conceſsiſti enim, inquit, nobis, eum & circunciſum eſſe,& ſeruaſſe cætera quæ lege à Moſe ſancita ſunt. Ad hæc ego, Et conceſsi, inquam, & concedo, non tamen conceſsi E eum quaſi hæc ipſa bonum iuſtúmque redderent,pertuliſſe omnia:ſed ea quæ pater ipſius rerúmque omnium effector idémque Dominus & Deus procuraſſet,perficere. Eum enim mortem crucis pertuliſſe fateor,hominémque

A némque factum eſſe,cæteráq; omnia perpeſſum, quæ veſtri conſtituerāt, Alióqui,Tryphon,ſi nūc ea minimè approbatis,quæ antè approbaſti,rurſus ex te quæro, vtrum ij qui ante Moſem natum boni & iuſti habiti ſunt, & patriarchæ,cùm nihil ſeruaſſent eorum quæ verbum propheticū initium ſumpſiſſe inſtitutionis à Moſe docet, in beatorū hæreditate nécne ſalute beatáque vita perfruātur? Cùm hæc ille fateri ſe à ſcripturis cogi diceret,Eodem modo,inquam, de te quæro, indigentiáne Deum coegerit oblationes & ſacrificia pręcipere maioribus veſtris,an illorū & animorum contumacia & ad ſimulachrorum cultum procliuitas? Cùm hoc quoque à ſcripturis ſe ac ſocios cogi dare reſpondiſſet,An non etiā ſcripturæ,inquam, hoc prædixerunt, Deum teſtamentum nouum præter id B quod in Chorebo monte factum eſt,promiſiſſe ſe eſſe facturū? Cùm prædixiſſe ſcripturas hoc quoque reſpondiſſet, rurſus ego, Vetus autem,inquam, teſtamentum cum metu & tremore maioribus veſtris præſcriptū eſt, ita vt Deum exaudire non poſſent. Cùm ille conceſsiſſet,Cur ergo, inquam, alterum teſtamentum Deus fore pollicitus eſt, nō(quemadmodum illud inſtitutum eſt)& ſine metu ac tremore, & fulgetris eis inſtitutum eſſe dixit,& quod doceret, quodnam vt æternum & omni hominū generi accommodatum & præceptum & opus Deus ſciat, quod verò ad C animorum veſtrorum hominum obſtinationem referret & accommodaret,quemadmodum etiam per prophetas clamat,præcepit? Cùm hoc ille neceſſariò concedendum eſſe dixiſſet iis qui veri,non iis qui concertationum ſtudio traherentur, Haud ſcio,inquam ,quo modo tu qui ſtudioſos concertationum nonnullos voces,ipſe in hoc ſępe facinore deprehenſus es,cùm ſępe repugnes iis quę dederis.Tum Tryphon,Rem,inquit,incredibilem,& quæ ferè fieri non poteſt,docere conaris, Deum voluiſſe naſci, & hominem fieri.Si hoc,inquam, humanis rationibus aut argumētis docere conarer,audire iam me non deberetis. Nunc cùm ſcripturas ipſas ad hoc confirmandum tam multas ſępiſsime proferens vos rogem, vt eas intelligatis,durum animum atque tardum ad Dei ſententiā voluntatémD que cognoſcendam prębetis. In quo ſi permanere vobis placet,equidem nullo incommodo afficiar:cum iis autē omnibus quæ habui antè quàm vobiſcum diſputarem, à vobis diſcedam.Tum Tryphon, Vide,amice,inquit,quanto hæc tibi labore peperiſti: Itaque nos etiam qui diligenter omnia quæ cōcurrerent,expendimus,ea quæ nos cogunt ſcripturæ,approbare debemus.Ad hæc ego,Non peto,inquā,à vobis,vt omni ratione & ſtudio certantes ea exquiratis de quibus quęrimus, ſed vt ne rurſus iis repugnetis cùm nihil afferre poſsitis , quæ iam vos approbare dixiſtis. Cùm Tryphon id ſe ac ſuos curaturos dixiſſet, Rurſus , inquam, præE ter ea quæ etiam modò quæſiui interrogare vos volo . His enim rogatis ſermonem etiam celeriter conabor abſoluere . Cùm ſe ad reſpondendum paratum eſſe dixiſſet , tum ego, Num alium , inquam,veneratione adorationéq; dignum &Dominum & Deum dici inſcripturis intelligitis,præter huius vniuerſitatis effectorem,& Chriſtum,quem factum

eſſe hominem tam multis ſcripturæ locis docui? Ad hæc Tryphon, Quî hæc, inquit, ita eſſe dare poſſumus, cùm hanc tantam diſputationem eò inſtituerimus, vt ſciremus eſſétne etiam aliquis alius præter vnum patrē? Tum ego, Hoc etiam, inquam, à vobis quæram neceſſe eſt, vt ſciam, num quid aliud præter Deum eſſe ſentiatis? reſpondete. Cùm ille negaret: Quòd ſi, inquam, hæc ita eſſe communi conſenſu conceditis, & ſcriptura dicit, Eius genus quis exponet? an non iam intelligere debetis, non eſſe generis hominis ſemen? Ad hæc Tryphon, Cur igitur, inquit, verbum prophetiæ Dauidi ait, Deum ex eius lumbis filium ſibi eſſe ſuſcepturum, regnúmque ei paraturum, & in ſolio gloriæ ſuæ eum collocaturum? Tum ego, Si Deus, inquam, prophetiā quam Eſaias prædixit, ad Dauîdis familiam non vult pertinere, Ecce virgo concipiet pariétque filium: ſed ad aliam domum tribuum duodecim, fortaſsis res ipſa dubitationem afferet. Quoniam autē hęc vaticinatio Dauîdis familiæ dicta eſt, id quod Dauidi in myſterio à Deo dictum eſt, Eſaias quemadmodum faciendum eſſet, expoſuit: niſi fortè hoc ignoratis, multa verba quæ obſcurè & in parabolis, vel in myſteriis ſignificationibúſque rerū dicta ſunt, vates qui ſecuti ſunt eos qui ea dixerant aut fecerant, eſſe interpretatos. Cùm ita eſſe Tryphon aſſenſus eſſet, Quòd ſi, inquā, hanc ipſam prophetiam de hoc noſtro Chriſto prædictam eſſe docuero, non de Ezechia, vt vos confirmatis: an non vos hoc ipſo abducam ab eo, vt doctoribus veſtris fidem habeatis, qui non dubitant dicere, ſeptuaginta ſenum veſtrorum, qui apud Ptolemæum regem fuerunt, non veram eſſe in aliquibus interpretationē? Quæ enim planè in ſcriptis diuinis ſtultam eorū arrogantémque ſententiam coarguere videntur, ea non ita ſcripta eſſe, non dubitant profiteri. Quæ autem etiam trahere poſſunt ad ea, quibus accōmodari poſſe exiſtimāt, id eſt humanas res & actiones: ea non de hoc noſtro Ieſu Chriſto dicta eſſe contendunt, ſed de eo, ad quem illa interpretatione ſua volunt pertinere. Cuiuſmodi etiam eam ſcripturā, de qua nunc agitur, vobis tradiderunt dum eam, de Ezechia intelligendā eſſe aſſerunt. In quo falli eos & errare, quemadmodum promiſi, docebo. Quas porrò ſcripturas eis proferimus, quæ Chriſtum & patibilem, & adoratione dignum Deúmque eſſe demonſtrant, quas etiam ſuprà protuli: eas quidem de Chriſto prædictas eſſe coacti fatentur, hunc autem Chriſtum non eſſe audent dicere. Deum verò & venturum eſſe & perpeſſurū mortem, & regnum adepturum, & adoratione dignum fore fatētur: id quod ridiculum & ſtultum eſt, quemadmodum etiam docebo. Sed quoniam cogebas me modò iis reſpondere quæ à te ridiculè dicta ſunt, ad ea reſpondebo: ea autem quæ reliqua ſunt, pòſt demonſtrabo. Intelligis quidem, ô Tryphon, inquam, quæ cùm arripuiſſet is, qui diabolus dicitur, apud Græcos dici coëgerit, ea quemadmodum & per diuinos in Ægypto perfecerit, & per falſos vates Eliæ temporibus, eadémq; firmā ſtabilémq; meā cognitionem ac fidem reddiderunt. Cùm enim Dionyſium, ſiue Liberum patrem Iouis filium ex illius cum Semele concubitu natum eſſe tradunt

aliàs, apud Deum.

A tradunt, eúmque vitis inuentorem, cùm diſperſus eſſet & mortuus, in cælum conſcendiſſe aſſerunt, ac vinum in eius ſacris circunferunt: nónne ante prolatã, quę à Moſe literarum monumentis mandata eſt, Iacobi patri archæ prophetiã imitatũ eum eſſe intelligo? Cùm verò Hercùlem fortẽ, omnẽ terrã peragrauiſſe, natúmq; eũ Ioui ex Alcmena, mortuúmq; in cęlũ aſcendiſſe cõmemorat: nónne ſcripturã, quæ fortẽ ac potentẽ gigantis morę viam decurſam ab ipſo Chriſto prædixit, imitatum eum eodem modo intelligo? Cùm porrò Aeſculapium mortuos ab inferis excitauiſſe, alióſque morbos curauiſſe ferunt, nónne vaticinationes, quæ de Chriſto prædictæ ſunt, hunc in hoc imitatum eſſe dico? Quoniam autem non
B protuli apud vos eiuſmodi ſcripturam, quæ Chriſtum hæc perfecturum eſſe ſignificet: vnam etiam quandam commemorabo neceſſariò, ex qua etiam intelligere poſsitis, ijs qui notionem Dei nullam habent, gentibus dico, qui & oculos cùm haberent, non cernebant, nec cor habentes, intelligebãt, cùm ea quæ ex materia facta ſunt, colerent & adorarent, verbum Propheticum prædixiſſe atque denunciauiſſe, vt & hæc ipſa negarent atque repudiarent, & in Chriſto ſpem collocarent. Expreſſa eſt autem hoc modo, Lætare ſolitudo quæ ſiti confecta es, gaude ſolitudo & *Eſaie.35.*
efflorеſce vt liliũ: efflorеſcéntq; & gaudebunt Iordanis ſolitudines. Eiúſq;
C gloria Libano cõceſſa eſt, & Carmeli honos. Populus meus excellentiam Domini, Deíque gloriã videbit. Corroboràmini remiſſæ manus, & diſſoluta genua. Qui demiſſo abiectóque animo eſtis, conſolationem percipite: confirmate vos, ne timete. En Deus iudicium reddit, ac reddet: ipſe veniet, nobíſque ſalutem dabit. Tum cæcorum oculi aperientur, ſurdorum aures audient: tum ſaliet claudus vt ceruus, & mutorum lingua diſerta erit, quòd in ſolitudine aqua erupit, & conuallis in arido ſolo rũpta eſt, & quæ terra aqua priuata eſt, vt ſtagnũ erit, & fons aquæ in terram aridam erumpet. Fontem aquæ viuæ à Deo in terram à cognitione Dei vacuam, id eſt, in gentes effudit hic Chriſtus, qui etiam apud veſtros apparuit, eóſque qui & à primo ortu, & in carne cæci, muti,
D & ſurdi erant, curauit, cùm feciſſet ſermone ſuo vt alius ſaltaret, alius audiret, alius etiam cerneret, vt mortuos excitaret ab inferis, vita priſtina reſtituta, eíſque homines, qui tum erant, ad ſui notitiam impulit. Alii autẽ qui hæc videbant, ſpeciẽ quã diuini procurant, geri contendebant. Eum enim Magum eſſe non dubitarunt dicere, populíque impoſtorem. Sed hæc ille cùm faciebat, hoc eis qui in ſe crediturі erant, perſuadebat, fore vt ſi quis etiam corpore detrimentum caperet, eum integrum in altero ſuo aduentu cum immortalitate, interitus doloríſque vacuitate excitaret. Cùm autem ij qui Solis ſacra & myſteria tradunt, eum ex petra natum eſſe confirmant, & ſpeluncam vocant locum in quo occultari eos qui ei credunt,
E aſſerunt: nónne tum id quòd à Daniele dictum eſt, lapidem ſine manibus exciſum eſſe ex monte excelſo, eos imitatos eſſe ſcio, atque hæc feciſſe eodem modo, quo eum, cuius etiam verba omnia imitari ſtuduerunt? Iuſtæ enim actionis & operis verba apud illos excogitata ſunt, vt

dicerentur. Verba autem Eſaiæ vobis neceſſariò proferam, vt ex eis hæc A
33. Cap. ita habere intelligatis. Sunt autem huiuſmodi, Audient qui procul ſunt, quæ feci, cognoſcéntque vicini & finitimi meam vim & potentiam. Abierunt ij qui in Sione ſceleſti erant, tremor impios occupabit & opprimet. Quis vobis nunciabit locum æternum? qui iuſtè viuit, rectè viuendi viam docet ſcelus odit & vitium, manúſque à muneribus abſtinuit, deprimens aures, ne iniquum de morte iudicium audiat: oculos claudēs ne ſcelus & flagitium cernat: hic in excelſa petræ fortis ſpelunca habitabit: ei panis dabitur, & aqua eius fidelis: regem cum gloria videbitis, oculíque veſtri procul cernent, animus veſter metum Dei meditabitur. Vbi eſt ſcriba? Vbi ſunt ii qui dant conſilium? vbi eſt qui eos qui aluntur, numerat, paruum & magnum populum? Cui conſilium non dederunt, nec B obſcuras arduáſque voces intellexerunt, ita vt non audiret. Deprauatus corruptúſque populus, neque ineſt in eo qui audit, ſapientia. Ac illud quidem perſpici poteſt, in hac etiam prophetia de pane fieri mentionem quem nobis Chriſtus noſter cōficiendum tradidit, vt corpus eum factum eſſe recordaremur eorum cauſa qui in ipſum credunt, propter quos etiam patibilis extitit: & de poculo, quod recolendi ſanguinis ſui cauſa cōficiendum gratias agentibus tradidit. Hæc etiam prophetia hunc nos regem cum gloria viſuros eſſe declarat. Eadémque prophetiæ verba clamant, populum quem ſibi crediturum prænouit, timorem Domini eſſe meditaturum: eóſque qui literas ſanctas tenere ac ſcire ſe exiſtimant, & prophetias audiunt, non eſſe ſcientia & ſapientia præditos. Cùm autem ex virgine Perſeum natum eſſe audiam, hoc etiam ſerpentem verſutum imitatum eſſe intelligo. Sed doctoribus veſtris minimè credo, qui rectè interpretatos ſenes illos ſeptuaginta quæ interpretati ſunt, negant, eos qui apud Ptolemæum Aegypti regem fuerunt: verùm ipſi interpretari conantur. Ego autem multas ſcripturas eos ex illorum interpretatione amputaſſe, quę planè hunc ipſum qui cruci ſuffixus eſt, & Deū eſſe, & hominem, & in crucem actum eſſe & mortuum docent, vobis velim perſuadeatis: quas quoniam negare ac repudiare omnes qui generis veſtri D ſunt, ſcio, talibus teſtimoniis non vtor, ſed ad eas probationes quæ etiā apud vos valent, venio. Etenim omnes quas vobis protuli, agnoſcitis, niſi quòd de hoc verbo, Ecce virgo concipiet in vtero, pariétque filium, repugnaſtis, quòd dictum contenderetis, Ecce adoleſcentula concipiet in vtero: pollicitúſque ſum demonſtraturum eſſe me, non de Ezechia, quemadmodum didiciſtis, ſed de hoc meo Chriſto prophetiam intelligi, quod quidem iam probabo. Tum Tryphon, Primùm, inquit, petimus, vt nobis exponas, quas tu ſcripturas penitus ab illis corruptas fuiſſe dicas. Ad hæc ego, Vt vobis libet, inquam, faciam. Ab interpretationibus quidem E quibus Eſdras legem de paſchate expoſuit, hæc abſtulerunt, Dixítque Eſdras populo, Paſcha hoc conſeruator noſter eſt, noſtrúmque perfugiū, & ſi cogitetis, atque vobis in animum veniat, fore vt eum in ſigno abiectum reddamus: deinde in eo ſpem noſtram collocabimus, non deſeratur

A ſeratur locus hic in omne tempus, ait Dominus exercituum. Quod ſi ei credatis, nec verba eius docentis & prædicantis, audiatis, irriſioni eritis omnibus nationibus. Ex Hieremiæ quoque verbis hæc detraxerunt, Ego quaſi agnus, qui ad immolandum abducitur, in me excogitauerunt, dicentes, Venite, lignum in panem eius ingeramus, eúmque ex terra viuentium obteramus, nec iam nominis eius fiat mentio. Quanquam hæc ex libris detruncatio in quibuſdã exemplaribus Hieremię eorũ quæ in ſynagogis Iudæorũ aſſeruantur, etiã nunc ſcripta reperitur. Hæc enim paulò antè præciderunt, quoniam his etiam verbis hoc demonſtratur, Iudæos iniiſſe conſilium de ipſo Christo, vt eum crucis ſupplicio conſultò interficerent: idémque vt ouis ad cædem, quemadmodum etiam ab Eſaia prædictum eſt, raptus eſſe oſtenditur: & hic vt agnus innocens declaratur: quibus deſtituti, ad contumelias veniunt. Ex verbis eiam eiuſdem Hieremiæ hæc amputarunt, Recordatus eſt Dominus Deus mortuorum Iſraëlis, qui in terra aggeris ſepulti ſunt, deſcendítque ad eos nunciatum illis ſeruatorem ſuum. Ex nonageſimo quinto etiam Dauìdis pſalmo, hæc pauca verba exciderunt, A ligno. cùm enim ſcriptum eſſet, Dicite in nationibus, Dominus ligno ſiue per lignum regnauit, reliquerunt hoc tantum, Dicite in nationibus, Dominus regnauit. Atqui in nationibus nemo vt Deus & Dominus vnquam à veſtris regnum aſſecutus eſſe dictus eſt, niſi vnus hic quem in crucem egerunt: quem etiam liberatum eſſe, cùm ab inferis excitatus eſt, in eodem pſalmo Spiritus ſanctus dicit, cùm eum Diis gentium ſimilem non eſſe declarat. Illos enim ſimulachra dæmoniorum eſſe. Sed vt id quod dico intelligatis, totum pſalmum vobis proferam. Eſt autem huiuſmodi, Canite Domino cantionem nouam, canite Domino vniuerſa terra. Canite Domino, noménque eius laudate. Nunciate diem ex die eius conſeruatorem: gloriã eius apud gentes, eius mirabilia opera apud omnes populos nunciate. magnus eſt enim Dominus, & valdè laudabilis: magis metuendus eſt, quàm Dij omnes, propterea quòd omnes gentium Dij, ſunt dæmonia: Dominus autem cælos condidit. Laus & pulchritudo in conſpectu eius eſt, ſanctimonia & magnificentia in eiuſdem ſanctificatione. Afferte Domino gentium familiæ, afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino propter nomen ſuum gloriam. Ferte hoſtias, & in atria eius introite: adorate Dominum in atrio ſancto ſuo. Commoueatur eius conſpectu vniuerſa terra. Dicite in gentibus, Dominus regnauit. Etenim orbem terræ qui non commouebitur, fecit: populos æquo iudicio reget. Lætentur cæli, & terra geſtiat: mouebitur mare eiúſque perfectio, gaudebunt campi eáque omnia quæ continent. Geſtient omnia ligna ſyluarum in conſpectu Domini, quòd venit, quòd venit vt terram iudicet. Orbem iuſtè iudicabit, & populos pro ſua veritate. Hoc loco Tryphon, Magiſtratúſne ac principes, inquit, populi aliquid ex ſcripturis, vt dixiſti, deleuerint, Deus ſcire poteſt: incredibile autem hoc videtur. Certè, inquam, incredibile videtur. Horribilius enim eſt, quàm vituli conflatio, quem fecerunt in terra, cùm manna referti ſatia-

(Margin: 11. Cap. — Pſal. 95. — B — C — D — E)

tíque eſſent: & quàm illud flagitium quo ſe contaminarunt,cùm liberos A
ſuos dæmonijs immolauerunt: aut quàm prophetarum cædes. Sed mihi
videmini ne audiuiſſe quidē quas eos ſcripturas furatos eſſe ac ſuppilaſſe
dixerim. Hæ enim ſatis multæ ſunt ad fidem eorum quæ quæſita ſunt,vnà
cum eis quas commemoraturus ſum,quæ apud nos aſſeruantur . Et Try-
phon , Eas quidem, inquit , à te prolatas cauſa noſtra noſtro rogatu ſci-
mus. De pſalmo autem eo , quem poſtremum ex Dauidicis protuliſti , is
mihi non videtur de alio ſcriptus eſſe, niſi de Patre, qui & cælos & ter-
ram condidit,cùm eū tu de hoc mortali,quem Chriſtum eſſe docere ſtu
des, dictum eſſe confirmes. Ex verbis , inquam, quæ Spiritus ſanctus in
hoc ipſo pſalmo fecit intelligite recitante me,quæſo : tum cognoſcetis,
nec me in eo confirmando peccaſſe,nec vos verè captatos eſſe,& delini- B
tos. Sic enim multa etiam alia eorum quæ à Spiritu ſancto dicta ſunt,per
Pſal.95. vos intelligere poteritis. Canite Domino canticum nouum : canite Do-
mino omnis terra : Canite Domino, & nomini eius benedicite . Nun-
ciate quotidie eius cōſeruatorem:in omnibus populis,eius mirabilia.Im-
perat vt Deo & rerum omnium parenti omnes homines canant,qui ſa-
lutare hoc myſterium , id eſt , Chriſti paſsionem & mortem , qua eos
liberauit & ſeruauit , cognouerint : laudabilémque & terribilem, & cæli
terræque effectorem agnouerint,eum qui ſalutare hoc generis hominum
cauſa fecit,eum quem crucis ſupplicio interfectum,etiam regnare regiáq;
Deut.31. poteſtate præeſſe vniuerſæ terræ voluit . Vt etiam in Deuteronomio ſcri- C
In Græco hic locus corruptus eſt,ſed reſtitutus à me ex Deuteronomio.
ptum eſt, Dormies tu cum patribus tuis, & populus iſte deos alienos co-
let eius terræ, in quam ingreditur. Et me relinquent , diſpergéntque te-
ſtamentum meum,quod eis feci illo die : deſeram eos ego, faciémq; meã
ab eis auertam, & depaſcentur. multiſque malis & calamitatibus oppri-
metur, dicétque tum, Quòd Dominus Deus meus in nobis non eſt, hæc
me mala inuenerunt. Ego autem illo die faciem meam ab eis auertam,
impulſus ijs flagitiis omnibus,quæ admiſerunt,quòd ad Deos alienos ex-
teróſque redierunt. In libro autem qui Exodus inſcribitur,nomen eiuſ-
Exod.6. dem Dei etiam Ieſum fuiſſe,quod ait Abrahamo, enunciatum non eſſe,
nec Iacobo , à Moſe in myſterio , & obſcurè ſimiliter expoſitum eſſe D
23. cap. nos quoque intelleximus. Scriptum eſt autem his ferè verbis,Et ait Mo-
ſi Dominus, Dic huic populo, Ecce ego mitto angelum meum ante cō-
ſpectum tuum, vt te in via tueatur, vt te introducat in terram,quam tibi
paraui. Attentum ei te præbe, audi eum,ne ei ſis incredulus. Neq; enim
te deſeret . Nomen enim meum in eo eſt . Qui in terra maiores veſtros
introduxerit, tandem aliquando intelligite, eum fuiſſe , qui hoc nomine
appellatus eſt Ieſus,qui antea,Auſes vocabatur. Si enim hoc intelligatis,
nomen etiam eius qui Moſi dixit, Nomen enim meum in eo eſt, Ieſum
fuiſſe intelligetis. Nam & Iſraël ipſe vocabatur, & Iacobum hoc nomine
eodem modo mutauit. Angelos porrò & apoſtolos Dei,dici prophetas, E
qui res eius nunciatum mittuntur, Eſaias docet. His enim verbis vtitur,
Mitte me : prophetámque fortem atque magnum fuiſſe eum qui Ieſu no-
mine

A mine appellatus ſit, perſpicuum eſt omnibus. Quòd ſi in tot figuris Deũ illi Abrahamo, Iacobo & Moſi apparuiſſe ſcimus, quónam modo dubitamus, nec credimus, hunc etiam hominem conſilio patris ex virgine naſci potuiſſe? præſertim cùm tot, támque multas ſcripturas habeamus, ex quibus intelligi liceat hoc etiam factum eſſe patris conſilio & prouidentia. Cùm enim quaſi filium hominis dicit Daniel eum, qui æternum regnum accipit, an non hoc ipſum obſcurè ſignificat? Quod enim ait, vt filium hominis apparuiſſe, hominem factum eſſe indicat: ſed non ex humano ſemine eſſe declarat. Et quod ait, Lapidẽ hunc ſine manibus exciſum, obſcurè idem tradidit. Nam ſine manibus exciſum eum cùm dicit, hoc ait, non eſſe opus hominis, ſed conſilij rerum parentis Dei, qui eum pro- *Eſa.53.*
B fert. Quod etiam Eſaias ait, Ortum eius quis exponet? eum genus habere indicauit, quod explicari narrarı́que non poſſet. Nemo enim homo qui eſt ex hominibus natus, genus quod exponi non poſsit, habet. Et quod Moſes ait, Abluere eum veſtem ſuam in vuæ ſanguine: nónne idipſum eſt, quod etiam ſæpe apud vos obſcurè eum prædixiſſe dixi? ſanguinem quidem eum habiturum prænunciabat, ſed non ex hominibus, quẽadmodum ſanguinem vineæ non homo procreauit, ſed Deus. Eſaias etiã cùm eum magni conſilij angelum appellauit: nónne eorum quos cùm
C veniſſet, docuit, doctorem & magiſtrum eum fuiſſe prædixit? Quæ enim magna conſilia inijt pater, eorum omnium cauſa qui ipſi accepti fuiſſent, aut futuri eſſent, & contra eos homines vel angelos, qui ab eius etiam cõ- *Matth.8.*
ſilijs diſceſsiſſent, ea hic vnus apertè tradidit & patefecit his uerbis: Venient ab oriente & occidente, & cum Abrahamo, Iſaaco & Iacobo, in regno cælorum accumbent: filij autem regni in tenebras exteriores eiiciẽtur. Et, Multi mihi illo die dicent, Domine, Domine, nónne nomine tuo *7.cap.*
edimus & bibimus, & prædiximus, dæmoniáque expulimus? Et dicam eis, Abite hinc à me. In alijs etiam ſermonibus, quibus condemnaturũ ſe prædixit eos, qui indigni erunt ſalute, Abite in tenebras exteriores, *25.*
quas parauit pater Satanæ eiúſque angelis. Aliis etiam locis dixit, Do vo- *Luc.10.*
D bis poteſtatem obterendi pedibus ſerpentes, Scorpios & Centipedes, omnémque vim inimici. Nos etiam, qui in Ieſum Dominum noſtrum qui Pontio Pilato prætore ac iudice in crucem actus eſt, credimus, his temporibus dæmonia omnia malóſque ſpiritus adiurantes, nobis ſubiectos obedientéſque habemus. Etſi enim à prophetis & vatibus obſcurè prædictum eſt, fore vt Chriſtus pateretur, deinde omnium dominatum obtineret, tamen à nemine intelligi potuit, quoad Apoſtolis hæc apertè in ſcripturis prædicta eſſe perſuaſit. Clamabat enim antè quàm cruci ſuffige- *Mar.8.*
retur, Oportet filium hominis multa perpeti, improbarı́que ac repudiari *Luc.9.*
E à Scribis & Phariſæis, & in crucem agi, tertióque die pòſt excitari ab inferis. Dauid quoque ante ſolem & lunam eum ex vtero generatum iri conſilio patris prædixit: Deúmque fortem dignúmque adoratione Chriſtum eſſe tradidit. Hæc talia, inquit, atque tam multa ſatis illa quidem magnam vim ad perſuadendum habere, tibi concedo. Hoc autem tibi

perſuadeas velim, me à te poſtulare verbum quod ſæpe tibi propoſuiſti A docendum. Itaque illud etiam nobis percurre, vt videamus quemadmodum ipſum de hoc Chriſto veſtro dictum eſſe demonſtres. Ipſum enim de Ezechia prædictum eſſe cenſemus. Vt vultis, inquam, hoc etiam præſtabo. Sed primùm velim vos, illud de Ezechia dictum eſſe docere, eum antè quàm patrem vel matrem vocare ſciret, potentiam Damaſci cepiſſe, ſpoliáque Samariæ in conſpectu regis Aſſyriorum. Non enim, vt vultis interpretari, vobis hoc dabitur, Ezechiam bellum geſsiſſe cum Damaſcenis vel in Samaria, Aſſyriorum præſente rege. Antè quàm enim puer patrem aut matrem nominare ſciret, verbum Propheticum dixit, Potentiã B Damaſci capiet, Samariæque ſpolia, vidente ac ſpectante rege Aſſyriorũ. Si enim non cum adiunctione hæc dixit Propheticus ſpiritus, Antè quàm ſciat puer patrem aut matrem ciere, capiet Damaſci potentiam, ſpoliáq; Samariæ, ſed ſolùm dixit, Et pariet filium, Damaſcíque potentiam capiet & Samariæ ſpolia, poſſeris dicere, Quoniam prænouit Deus hæc eũ eſſe capturum, prædixit. Nunc autem cum adiunctione prophetia dixit, Antè quàm poſſit puer patrem aut matrem ciere, Damaſci potentiam, Samariæque ſpolia capiet. Nec cuiquam eorum qui apud Iudæos fuerunt reges, hoc vnquã accidiſſe poteſtis docere. Nos autem hoc in noſtro Chriſto factum docere poſſumus. Simul enim atque natus eſt, Magi ab Arabia venerunt, eúmque adorauerunt, cùm priùs veniſſent ad Herodem qui C tum in terra veſtra regnabat, quem verbum Propheticum regem Aſſyriorum appellat, propter ipſius impiam iniquámque ſententiam & voluntatem. Scitis enim hæc vos, collationibus & ſimilitudinibus ſæpe Spiritum ſanctum vſum dicere. Quod fecit etiam apud vniuerſum Hieroſolymitanum populum, cùm ſæpe eis dixit, Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chettæa. Nam Herodes rex à maioribus natu populi veſtri didicit, tum cùm Magi qui ex Arabia ad eum venerant, dixerunt ſe ex ſtella quæ in cælo extitiſſet, cognouiſſe in regione veſtra natum eſſe regem, ſéq; adoratum eum veniſſe, & maiores natu Bethleemi reſponderunt, quòd D in propheta ſcriptum eſſet hoc modo, Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es inter Iudę principes. Ex te enim prodibit dux qui reget populum meum. Magi ergo ex Arabia venerunt Bethleem. Ibi cùm puerum venerati eſſent, eíque munera dediſſent aurum, thus & myrrham, per quietem iuſsi ſunt non redire ad Herodem. Ioſephus etiam is qui Mariæ ſponſus erat, cùm vellet ſponſam ſuam principio eiicere, quòd eam ex viro grauidatam eſſe exiſtimaret, id eſt, ex ſtupro, in viſu & ſomno ei præceptum eſt, ne vxorem ſuam repudiaret, cùm ei dixiſſet angelus, qui ſe ei patefecerat, ex Spiritu ſancto eſſe id quod in vtero haberet. Perterritus ergo, eam minimè expulit, ſed cùm profeſsionis primæ tem- E pus veniſſet in Iudæa tum Quirino Prætore, Nazareth oppido, vbi habitabat, Bethleem, vnde erat, profitendi cauſa venit. Genus enim à tribu Iudaina, quæ regionem illam incolebat, duxerat. Idémque vnà cum Maria in Ægyptum abire iubetur, ibíque eſſe cum puero, quoad rurſus eos

moneret

A moneret vt in Iudæam reuerterent. Cùm autem puer tum Bethleem na- *Locus hic,*
tus eſſet, quoniã Ioſephus nõ habebat in vico illo vbi diuerſaretur, in ſpelũ- *in quo re-*
ca quadã quæ vico ꝓpinqua erat diuerſatus eſt. Ibi cũ eſsẽt, Maria Chriſtũ *pugnantia*
peperit, eúmq; in præſepi collocauit: quò cùm ex Arabia Magi veniſſent, eũ *eſt, ita eſt*
ibi inuenerũt. Eſaiã verò ſignũ etiam ſpeluncę prędixiſſe vobis expoſui. Sed *in Græco*
eorũ cauſa qui hodie vobiſcũ venerunt, iterũ locum proferã. Tum protuli *vt à me cõ*
eam partẽ quam etiã ſuprà ex Eſaia protuli, cùm fabulã illam quæ ſolis ſacra *uerſus eſt.*
tradit, impulſu Diaboli in loco qui apud eos Spelunca appellatur, fieri expo
ſui. Herodes autẽ, cùm Magi, id quod vt facerent rogauerat, ad ſe nõ reuer-
tiſſent, ſed alia via quẽadmodũ eis imperatũ erat, in regionẽ ſuã rediiſſent,
atq; Ioſephus vnà cũ Maria & puero, ſicuti pãtefactũ eis erat, iam in Aegy-
B ptum profecti eſſent: cùm minimè noſſet puerũ, quem adoratũ Magi vene
rant, omnes pueros qui Bethleem erant, interfici iuſsit. Idq; futurum multò
antè afflatus Spiritu ſancto Hieremias his verbis prædixerat, Vox in Rama *Cap. 31.*
audita eſt, ploratus & lamẽtatio magna, Rachelis plorantis filios ſuos, nec
conſolationẽ percipere vllã voluit, ꝙ non ſint. Ob vocẽ igitur quæ à Rama
exaudiẽda erat, id eſt, ab Arabia (extat enim etiã hoc tẽpore locus qui in A-
rabia Rama dicitur) ploratus locũ illũ occupaturus erat, vbi Rachel Iacobi
qui Iſraël appellatus eſt, ſancti patriarchæ vxor ſepulta eſt, id eſt Bethleem,
lamentãtibus & lugentibus mulieribus liberos ſuos qui interfecti ſunt, nec
C cõſolationem vllam in cauſa eiuſmodi recipientibus. Nam quod Eſaias ait, *Cap. 8.*
Capiet Damaſci potentiã, Samariǽq; ſpolia, improbi Dæmonis qui Dama-
ſcum incolit, vim & potentiã à Chriſto, ſimulatq; natus eſſet, victũiri demõ
ſtrabat: quod quidẽ factũ oſtenditur. Magi enim qui vt captiui rapti erãt ad
omnes improbas ſceleratáſq; actiones quas dęmoniũ illud faceret, cũ veniſ
ſent, Chriſtúmq; adoraſſent, vidẽtur ab ea vi & poteſtate diſceſsiſſe, quæ eos
ſpoliauerat, & quã obſcurè nobis ſignificabat verbũ, habitare Damaſci. Vim
autẽ potentiámq; illã, quæ peccatis & ſceleribus cõtaminata eſſet, ſimilitu-
dine quadã vſus, rectè Samariã nominat. Damaſcũ porrò Arabię fuiſſe atq;
eſſe, etiã ſi nunc attributa eſt ei regioni quæ Syrophœnice dicitur, nemo ve
ſtrũ inficiari poteſt. Quapropter præclarè facietis, ſi ea quæ nõ intellexiſtis
D à nobis Chriſtianis qui munus à Deo noſtro accepimus, diſcatis, non in eo
operã ſtudiúmq; ponatis, vt veſtram diſciplinam, rebus diuinis ſpretis & cõ
temptis, cõfirmetis atq; corroboretis. Itaq; hoc munus in nos tranſlatũ eſt,
quemadmodũ Eſaias ſcripſit his verbis, Ad me accedit hic populus ore ſuo, *Cap. 29.*
& labris ſuis me honorant, cor autẽ eorum procul à me abeſt. Fruſtra autẽ
colunt me, dum præcepta hominũ & diſciplinas docent. Ob eam cauſam
en ego faciam, vt populus hic trãsferatur, eóſq; transferã, adimámq; ſapiẽ-
tibus eorũ ſapientiam, & ſcientiam doctorũ repudiabo. Hoc loco Tryphõ,
acerbè ferens, ſed ſcripturas verẽs, quẽadmodũ vultu ſuo declarabat his me-
E cũ egit. Res, inquit, diuinæ ſanctæ ſunt, veſtrę autẽ interpretationes dolo &
fraude inſtructæ ſunt, quemadmodũ etiã ex ijs quę interpretatus es, cõſtat,
atq; adeò cõiunctę cũ diuina contumelia. Angelos enim improbos effectos
eſſe & à Deo defeciſſe dicis. Ego qui eũ molliore oratiõe ad me audiẽdũ cõ-

f .j.

7.cap. parare velle, Miror, inquam, iſtam tuam religionē: oróq; vt eodem ſis in eum A
animo, cui adminiſtrāt Angeli, quemadmodū Daniel ſcribit, Tanquam filiū
hominis ad antiquum dierū accedere, eíque datam eſſe æternā poteſtatem
regiam. Atque vt intelligas, nō noſtra temeritate vſos nos, hanc quam re-
prehendis inueniſſe interpretationem, Eſaiam ipſum tibi teſtē producam,
qui improbos angelos Tanem Aegypti regionē incoluiſſe & incolere dicit.
30.cap. Eius autē verba hæc ſunt, Vę filijs transfugis, hæc dicit Dominus, Conſiliū
cepiſtis nō per me, & fœdera iniſtis nō Spiritus ſancti impulſu, vt peccata
peccatis cumularetis, qui in Ægyptum deſcenditis. Nec me interrogarunt,
vt à Pharaone auxiliū peterent, & protegerētur ab Ægyptiis. Erit enim vo
bis protectio Pharaonis ignominia, & ijs qui Ægypto freti ſunt, probro: B
propterea ꝙ Tane duces ſunt improbi Angeli. Fruſtra laborē ſuſcipient a-
pud populū, qui eos nō iuuabit ad auxiliū, ſed ad dedecus & probrū. Quin-
etiam Zacharias ait, vt etiam ipſe cōmemoraſti, Diabolū conſtitiſſe ad dex
tram Ieſu ſacerdotis, vt ei aduerſaretur, ac diceret, Obiurget te Dominus
Iob..1. qui Hieroſolyma elegit. In Iobi etiam libro ſcriptū eſt, vt etiam tu dixiſti,
Angelos veniſſe qui pręſtò eſſent ante Dominum, diabolúmq; vnà cū eis
veniſſe. Et à Moſe principio libri qui Geneſis inſcribitur, ſerpētem qui Euā
decepit, ſcriptum habemus, & quem Deus deteſtatus eſt. In Aegypto etiā
ſcimus Magos pari poteſtate præditos fuiſſe ei quæ à Deo per Moſem fi-
delem ſeruū operabatur. Et Dauidem ſcitis dixiſſe, Deos gentium eſſe dæ- C
monia. Tum Tryphon, Tibi, inquam, dixi, dare te operam, vt tutus & mu-
nitus ſis, in omnibúſq; ſcripturis adhæreſcas. Hoc aūt mihi ingenuè dicito:
Hunc Hieroſolymorū locum reſtitutum iri fatemini, veſtrúmq; populum
conuenturū eſſe & gauiſurum cū Chriſto, vnà cū patriarchis & prophetis
iiſq; qui generis noſtri ſunt, nū etiā aduenis factis, antè q̄ Chriſtus veſter
vēturus ſit, ſperatis, an vt in diſputando noſtrā opinionē vincere videreris,
ad hæc profitēda veniſti? Nō ſum adeò miſer, inquā, vt aliud dicā, aliud ſen
tiam. Cōfeſſus ſum ergo tibi etiā antè, me & alios multos hoc ſentire quod
etiam vos planè ſcitis, hoc futurū eſſe. Multis autē eorum etiam qui integrę
piæq; ſentētiæ Chriſtiani ſint, hæc incognita eſſe tibi expoſui. Eos enim qui D
Chriſtiani illi quidē dicuntur, ſed à Deo abhorrentes ſunt & impij hęretici,
res omni ex parte contumeliarū plenas, maieſtate diuina indignas, ſtultáſq;
docere tibi narraui. Atq; vt hæc à me non in vos tantū dici intelligatis, om-
niū ſermonū, qui inter nos habiti ſūt, quoad eius fieri poterit, ſummā faciā:
in quibus etiam hoc fateri me, quod etiā apud vos profeſſus ſum, adſcribam.
Neq; enim homines vel humanas rationes ac perſuaſiones ſequor, ſed Deū
eiúſq; perſuaſiones. Etſi enim cū nonnullis qui Chriſtiani dicuntur, rationē
ſermonémq; habetis, qui hoc non fatentur, ſed cōtumeliis Deū Abrahami,
Deum Iſaaci, Iacobíq; Deū afficiunt, quíq; mortuorum reſurrectionē non
dicunt eſſe, ſed ſimulatq; mortui ſunt homines, eorum animos in cælū auo- E
lare: nolite eos Chriſtianos ducere, non magis q̄ Iudęos, ſi quis verè rem ex-
quiſiuerit, eſſe fatebitur Sadducæos, aut ſimiles ſectas Geniſtarū, Meriſtorū
Galilæorū, Græcorū, & Phariſæorū, qui abluunt (nec me omnia quæ ſentio
dicentem

A dicentē inuitis animis queſo audite) ſed Iudæos, & filios Abrahami nomine & labris Deū cōfitentes, quemadmodū Deus ipſe clamauit, corde aūt ab eo abhorrentes. Ego verò & ſi qui ſunt Chriſtiani, qui omni ex parte ſentiunt, & carnis reſurrectionē fore ſcimus, milleq́; annos Hieroſolymis ædificabitur, ornabitur, & dilatabitur, quemadmodū Ezechiel & Eſaias prophetæ, aliiq́; profitētur. Sic enim Eſaias de his mille annis ſcribit, Erit enim cælū nouum, & terra noua, nec ſuperiorū malorū fiet mentio, néc in mentē eorū venient: ſed lætitiam & gaudium in ea inuenient, quæ ego creo: quoniam ecce ego facio Hieroſolyma lætitiam, & populum meum gaudium, & Hieroſolyma mihi gaudium, populúſque meus lætitiam adferet. nec iam in ea vox fletus aut vox clamoris audietur: nec iam ibi immaturus aut 65. Cap.

B ſenex erit, qui tempus ſuum non complebit. Erit enim puero ſimilis centenarius: Peccator autem qui moritur centenarius filius, erítque maledictus. Ædificabúntq́; domos & in eis habitabunt, & vineas conſerent, earúmque fructus edent, & vinum bibent. Non ædificabunt domos, in quibus alii habitabunt: nec vites ſerent, & alii edent. Nam ligni vitæ diebus dies populi mei reſpondebunt. Facient electi vt opera manuum ſuarum inueteraſcant: non fruſtra laborem ſuſcipient, nec liberos ad deteſtationem procreabunt, quòd ſemen iuſtum & cui Dominus benedixerit, ſint futuri, & cum eis ipſorum nepotes. Antè quàm ipſi clament, eos ego

C audiam: tum etiam cùm loquentur, dicam, quid eſt? Tum lupi & agni vnà paſcentur: & leo æquè ac bos paleas edet: ſerpens autē terrā pro pane. Nō iniuriā facient, nec corrumpent in mōte ſancto quicquā, dicit Dominus. Quod ergo his verbis dictū eſt, dixi. Nam illa, Diebus enim ligni, populi mei dies reſpondebunt, opera laborū ipſorum intelleximus, mille annos myſticè indicare. Cùm enim Adamo dictū eſt, Quocunq́; die ex ligno ederis moriere, eum nō compleuiſſe mille annos nouimus. Intelleximus etiā id quod dictum eſt, Diem Domini vt mille annos, ad id contrahi. Apud nos etiam vir quidam Ioannes nomine, Chriſti apoſtolorū vnus, mille annos cōmoraturos Hieroſolymis eos qui Chriſto crediderint, reuelatione Apoc. 20.

D quæ ei facta eſt, Spiritu Prophetico prædixit, deinde generalem, & vt pau cis abſoluam, æternā omnium reſurrectionē futuram ac iudicium. Id quod etiam Dominus noſter dixit, homines nec vxores ducturos eſſe, neque eis Mat. 22. mulieres nupturas, ſed ſimiles futuros angelis, qui ſint reſurrectionis filij. Apud nos enim ad hæc tēpora prophetica ſunt munera, ex quo etiā vos intelligere debetis, ea quæ olim in genere veſtro maioribúſq́; veſtris eſſent, ad nos eſſe trāſlata. Queādmodum autē etiā falſi vates inter eos qui ſancti prophetę fuerūt, erant, ſic etiā apud nos his tēporibus multi ſunt falſi doctores, quos vt caueamus, nobis Dominus noſter pręduxit, itavt re nulla egeamus, cùm ſciamus, eū prænouiſſe ea quæ poſt ipſius reſurrectionē à mor

E tuis, & reditū in cęlū, nobis euētura eſſent. Prædixit eīm fore, vt ſuo nomine & interficeremur, & in hominū odia incurreremus: prædixit etiā venturos Matth. 10. eſſe falſos ꝓphetas & falſos Chriſtos permultos ſuo nomine, qui multos in errorē impellerēt: id quod etiam accidit. Multi enim maieſtate Dei indigna

f. ij.

cõtumeliarúmq; in Deũ plena,& à iuſtitia aliena cùm adulteraſsẽt,& corru
piſſent,docuerũt:eáq; omnia quæ in menteseorũ immundus Spiritus Dia- A
bolus infudit,docuerũt,& his tẽporibus docent:quos damus operã vt ęquè
&c vos moneamus,ne in errorem inducantur:quòd omnes quiverũ docere
ac profiteri poſſunt, nec profitentur, condemnatum iri à Deo intelliga-
33.cap. mus, quemadmodum Deus per Ezechielem teſtatus eſt his verbis, Spe-
culatorem te poſui genti Iudaicæ. Si peccator deliquerit, nec ei nuncia-
ueris,is quidem peccato ac ſcelere ſuo peribit,ſanguinem autem eius à te
requiram. quòd ſi ei nunciaueris,innocens eris . Metu ergo perculſi,nos
etiam ſcripturis agere ſtudemus,non auaritia impulſi,aut gloriæ cupidi-
tate , voluptatúmque illecebris deliniti . Neque enim quiſquam nos his B
vitiis teneri poteſt conuincere:quippe cùm non eandem vitã,quam ma-
giſtratus ac principes populi veſtri, agere conſtituimus,quibus hoc Deus
obiicit. Principes veſtri ſocij furum ſunt, amantes munera,& remunera-
tionem ſequentes. Quòd ſi quis tales etiam inter nos eſſe noritis, nolite
ſcripturas & Chriſtum eorum cauſa contumeliis afficere: & dare operam,
Pſal.109. vt corruptè interpretemini.Illud enim Dauideũ,Dixit Dominus Domino
meo,Sede ad dextrã meàm,quoad ponam inimicos tuos ſcabellum pedũ
tuorũ:de Ezechia doctores veſtri auſi ſunt interpretari,quaſi verò impera-
tum ei ſit,vt ad dextrã templi ſederet, cùm ad eum cũ minis miſit rex Aſ-
ſyriorum,eíq; denũciatum eſt ab Eſaia,ne illum timeret . Eueniſſe autẽ ea C
quæ ab Eſaia dicta ſunt hoc modo,Et aliò iter flexit rex Aegyptiorum, ne
Eſa.37. Hieroſolyma oppugnaret Ezechia regnãte,Angelúſq; Domini interfecit
ex caſtris Aſſyriorũ ad centũ octoginta quinq; milia:& ſcimus,& fatemur.
Sed perſpicuum eſt,pſalmum illum de eo non fuiſſe dictũ. habet enim hoc
Pſal.109. modo,Dicit Dominus Domino meo,Sede ad dextrã meam,quoad pedibus
tuis ſubſternã inimicos tuos. Virgam virtutis emittet Hieroſolyma,& inter
hoſtes tuos dominabitur.In ſplendore Sanctorũ,ante Luciferum te genui.
Iurauit Dominus,quẽ minimè pœnitebit,Tu es ſacerdos in perpetuũ ordi-
nis Melchiſedecini.Quis Ezechiã non eſſe ſacerdotem perpetuum ordinis
Melchiſedecini nõ fatetur?aut eundẽ non eſſe qui Hieroſolyma redemerit, D
quis ignorat?Quis etiam neſcit eundẽ non miſiſſe Hieroſolyma virgam po
tentem,quæ dominata ſit in medio illius hoſtium:ſed Deum eſſe,qui ab eo
flẽte & triſti,hoſtes auerterit?Ieſus autem noſter qui nondũ in gloria venit,
virgam poteſtatis Hieroſolyma emiſit,id eſt,verbũ vocationis & pœnitẽtię
ad gentes omnes,vbi dæmonia eas dominatu imperióq; ſuo tenebãt,vt ait
Pſal.95. Dauid ,Dæmonia ſunt Dij gentiũ. Verbúmq; eius quod magna vi præditũ
eſt,fecit,vt multi dęmonia,quibus ſeruiebãt,relinquerent atq; repudiarẽt,
&in Deum rerũ omnium præpotentẽ crederent,ꝙ dæmonia ſunt Dii gen-
tium.Illud etiam,In ſplendore ſanctorũ te ex vtero ante Luciferum genui,
de Chriſto dictum eſſe & intelligi iam diximus.Hoc etiam,Ecce virgo con E
cipiet in vtero parietq; filium:de eodẽ prædictũ eſt.Si enim nõ ex virgine is
Eſa.7. de quo Eſaias dicebat,naſciturus erat,de quo tãdem Spiritus ſanctus cla-
mabat, Ecce Dominus ipſe ſignum dabit, Ecce virgo in vtero concipiet,
parietque

A pariétq; filiũ. Si eñ eodẽ modo quo cæteri omnes primigenij, hic etiã ex cõ ncubitu gignẽdus fuit, quodnã etiã Deus ſignum, quod nõ omniũ primigeniorũ cõmune eſt, ſe daturũ eſſe prædixit. Sed quod eſt verè ſignũ generiq; hominũ fidele futurũ erat, hoc eſt, vt ex vtero virgineo primigenius creaturarum omnium filius caro verè factus naſceretur: id occupans Spiritu Prophetico, vt alio atque alio tropo vobis expoſui: prædixit, vt cùm factum eſſet, vi & conſilio eius qui omnia condidit factum cognoſceretur. Quemadmodũ ex vno Adami latere Eua facta eſt, & ſicuti cætera animalia verbo Dei initiò facta ſunt. Vos aũt in his etiã corrumpere & adulterare interpretationes ſenum veſtrorum qui apud Ptolemæum Ægypti regem fuerunt, audetis, cùm dicitis non eſſe ſcriptum vt illi interpretati *πιστὸν. al. credibile.*

B ſunt, ſed, Ecce, inquit, adoleſcentula in vtero habebit, quaſi magnæ res ſignificarentur, ſi mulier ex concubitu paritura eſſet, quod omnes iuuenes mulieres faciunt, exceptis ſterilibus, quæ etiam Deus ſi velit, vt pariãt facere poteſt. Nam & Samuelis mater quæ non pariebat, Dei voluntate peperit, & ſancti patriarchæ Abrahami mulier, & Eliſabeta, quę Ioannem Baptiſtã peperit, aliæq; nõnullæ eodem modo. Itaq; nõ debetis exiſtimare Deũ nõ poſſe quæ velit, omnia. Maximéq; cùm fore prædictũ ſit, corrumpere vel falſò interpretari nolite prophetias: alióqui voſmetipſos ſolos iniuria afficietis, Deo autem damnum nullum afferetis. Prophetiam enim

C illam, Tollite portas veſtras principes, & eleuamini portæ æternæ, vt rex gloriæ introẽat: pari modo nonnulli veſtrũ de Ezechia audent interpretari, alij de Salomone. Nec verò de hoc, aut de illo, aut de alio omnino qui rex veſter dicitur, id dictum eſſe doceri poteſt, ſed de hoc vno Chriſto noſtro, qui deformis & inglorius apparuit, vt & Eſaias ait & Dauid, ſcripturæq; omnes, qui eſt Dominus exercituũ patris qui ei dedit, voluntate, qui à mortuis excitatus eſt, & aſcendit in cęlum, vt & Pſalmus & aliæ ſcripturæ ſignificabant, eúmq; exercituum Dominum eſſe nunciabãt: id quod ijs quæ cernũtur faciliùs vobis, ſi vultis, perſuaderi poteſt. Huius enim Dei filij nomine, qui eſt omnis creaturæ primigenius, qui & ex virgine natus

D eſt, & homo factus patibilis, & in crucem actus eſt Pontio Pilato iudice à veſtris, & mortuus & excitatus à mortuis, & in cælum aſcendit, quoduis dęmonium cùm adiuratur, vinciturátq; ſubiicitur. Quòd ſi quouis eorum qui apud vos fuerunt aut reges, aut iuſti homines, aut Prophetæ, aut Patriarchæ nomine vos adiuretis, dæmonium nullum obediet. At ſi quis fortè veſtrum Dei Abrahami, Dei Iſaaci, & Dei Iacob nomine, fortaſsis obtemperabunt. Iam verò exhorciſtæ veſtri eadẽ qua ętiam apud gentes, arte adhibita, adiurant, incenſiſque odoribus, & vinculis vtuntur. Angelos autem virtutes etiam eſſe, quibus verbũ Prophetiæ Dauideæ aperire portas iubet, vt introẽat Dominus virtutũ Ieſus Chriſtus, qui à mortuis excitatus eſt Pa-

E tris imperio, Dauidis etiam verbũ docuit, quod rurſus proferã eorum cauſa, qui heſterno ſermoni non interfuerunt, quorũ cauſa multa etiam eorũ quæ heri dicta ſunt, ſummatim cõmemoro: quod ſi nũc etiã apud vos dico, & ſi idẽ ſæpe dixi, tamen nõ alienũ eſſe repetere intelligo. Vt enim ridicula

res eſt, ſolem cernere & lunam, atque aſtra, quæ eandem viam ſemper, A
reuerſionéſq; temporũ conficiunt, & virum qui calculorũ rationibus valet,
bis duo quot ſint exquirere, ꝙ ſæpe quatuor eſſe dixerit, deſinere rurſus
dicere eſſe quatuor, itémque cætera omnia quæ conſtanter ſemper eodẽ
modo dici conſtar, etiam fateri: ſic enim qui ex ſcriptis prophetarum ſer-
monem inſtituat, ſinere ac pati etiam non eaſdem ſemper ſcripturas pro-
ferre, ſed ſeipſum exiſtimare melius quàm ſcripturam peperiſſe quę dicat.
Eſt autem oratio qua ſignificauit Deum declarare Angelos eſſe in cęlo at-
Pſal. 148. que Virtutes, huiuſmodi, Laudate Dominum de cęlis, laudate eũ in altiſſi-
mis: laudate eum omnes Angeli ſui, laudate eũ omnes Virtutes ſuæ. Hoc B
loco Mnaſeas quidam nomine, eorũ vnus qui poſteriore die cum eis con-
uenerãt, Nos etiam, inquit, lętamur, quòd tu rurſus eadem cauſa noſtra co
neris dicere. Audite, inquam, amici cuius ſcripturæ authoritate adductus
hæc faciam. Ieſus etiam hoſtes & inimicos amari iuſsit: quod quidem e-
tiam ab Eſaia dictum eſt pluribus, in quibus etiam myſterium rurſum or-
tus noſtri perſpicietur, planéque omnium qui Chriſtum Hieroſolymis vi-
ſum iri ſperant, & factis ei placere ſtudent. Verba autem Eſaiæ hæc ſunt,
Audite verbum Domini, qui verbum eius tremitis. Dicite amici noſtri ijs
qui vos oderunt & deteſtantur, vt nomen Domini gloria afficiatur & vi-
deatur in eorum lætitia, atque illi pudore afficiantur. Vox clamoris ex
ciuitate, vox ex templo. Vox Domini referentis par ſuperbis. Antè quàm C
ea quæ parturiebat peperiſſet, & priùs quàm cruciatus partus veniſſet, ma-
rem peperit. Quis rem talem audiuit? aut quis hoc vidit, terram vno die
Eſa. 66. parturiiſſe? aut etiam gentẽ ſimul ortã eſſe? Parturiuit enim & peperit Sion
ſuos liberos. Ego autem hanc ſpem & expectationem dedi, nec mei re-
cordata eſt, Dixit Dominus, An non ego generantem & ſterilem feci? di-
cit Dominus. Lætare Hieroſolyma, diémque feſtum agite omnes qui eã
amatis. Gaudete omnes qui eam lugebatis, vt lactemini & impleamini
mammis eius conſolationis, vt cùm ſuxeritis ex introitu eius gloriæ volu-
ptate perfruamini. Cùm hæc dixiſſem, hoc addidi, Audite, hunc cùm cru D
ci ſuffixus fuiſſet, quem clarum rurſus venturum ſcripturæ docent, notam
ſignificationem habuiſſe ligni vitalis, quod in paradiſo ſatum fuiſſe dictũ
fuerat, & eorum quæ bonis iuſtíſque omnibus euentura ſunt. Moſes cũ
virga ad redimendũ populũ miſſus eſt, eámque manu tenens cùm antece-
deret populũ mare diuiſit. Hac ex ſaxo aquã manare vidit, & lignũ in aquã
Merræ quæ amara erat, demiſſum, dulcem eam reddidit. Virgas Iacobus
cùm in canales deieciſſet, fecit vt oues auunculi coitum appeterent, &
vt ea quæ ex illis naſcerentur, poſsideret, obtinuit. Idem Iacobus virga
ſua fluuium ſe traieciſſe gloriatur: ſcalam ſe vidiſſe dixit, Deúmque in ea
innixum fuiſſe ſcriptura docuit: eúmque Patrem non fuiſſe, ſcripturis pro-
bauimus. In lapidem cùm oleum fudiſſet, in eodem loco Iacobus colum- E
nam ſiue ſtatuam Deo quẽ vidiſſet, Deo quem viderat teſte poſuit. Chri
ſtúmque in lapide notatum fuiſſe multis ſcripturis docuimus. Hoc e-
tiam oſtendimus, vnguentũ omne ſiue ex oleo, ſiue ex gutta, ſiue ex aliis
conditur æ

A conditurę vnguenti generibus cõfectũ,huius fuiſſe,cũ dicat ſcriptura,Ob eam cauſam te Deus Deus tuus vnxit oleo lętitię maiore copia quàm ſocios tuos. Etenim reges omnes & Chriſti ex hoc & reges & Chriſti nominati ſunt . Quemadmodum etiam ipſe à patre accepit nomen regis, Chriſti , angeli: aliaque omnia eiuſdem generis , quę habet aut habuit. Virga Aaronij quę germen protulit , pontificem eum declarauit . Virgam ex Ieſſæ ſtirpe Chriſtum fore Eſaias vaticinatus eſt . Dauid etiam ſimilem ligno quod ad tranſitus aquarum ſatum ſit , & fructum ſuum tempore ſuo editurum ſit , nec folium eius decidat , virum bonum iu-
B ſtúmque eſſe confirmat :& palmę inſtar, flores editurus vir iuſtus dictus eſt.Ex ligno Abrahamus Deũ,vt ſcriptum eſt,vidit ad ilicẽ Mambræ.Septuaginta ſalices , duodecímque fontes populus traiecto Iordane inuẽnit.Virga & bacillo ſe à Deo conſolatum eſſe Dauid aſſerit.Lignum Eliſſæus cùm in Iordanem demiſiſſet,extulit ferrũ aſciæ, qua ierant prophetarum filij cæſum ligna ad ædificandam domum , in qua legem & præcepta Domini recitare & meditari volebãt: vt etiam nos grauiſsimis ſceleribus quæ admiſimus expiatos, ex eo quod in lignum,id eſt crucem actus eſt,& aqua expiauit, Chriſtus noſter redemit , domúmque orationis & venerationis effecit . Virga etiam fuit,quæ Iudam eorum qui ex Tha-
C mar magni myſterij cauſa nati ſunt, indicauit. Tryphon,cùm hæc dixiſſem, Nolim putes,inquit,me ſtudio refellendi quæ à te dicta ſunt,deinceps quærere quæ quæram,ſed diſcere velle ea quæ rogauero.Expone ergo mihi quid ſibi velit verbum illud Eſaiæ , Egredietur virga ex Ieſſæ ſtirpe,flóſque ex ſtirpe eius erumpet,& in eo Spiritus Domini requieſcet: Sapiẽtię & intelligẽtię Spiritus,Spiritus cõſilij & fortitudinis,Spiritus ſciẽtiæ & pietatis,Dominíque timoris eum Spiritus implebit . Quæ cùm ille *Eſa.11.*
apud me profeſſus eſſet,De Chriſto hæc,inquit,dicta eſſe,eúmque Deum ſuperioribus temporibus fuiſſe dicis, eundémque Dei conſilio carnem factum,ex virgine natum eſſę profiteris:quonam modo antea fuiſſe doce-
D ri poteſt, qui Spiritus ſancti virtutibus,quas verbum per Eſaiam enumerat,impletur,tanquam iis egeat?Prudentiſsimè,inquam,& peritiſsimè rogaſti. Verè enim dubium videtur eſſe:ſed vt horum rationem intelligas, audi quæ dico.Eas Spiritus ſancti virtutes quæ enumeratæ ſunt, nõ quòd ipſe eis egeret in eum veniſſe ſermo propheticus commemorat,ſed quòd in ea quietem facturæ ſint, id eſt, finem in eo facturæ deinceps prophetarum priſtino more qui in genere veſtro celebretur:id quod vobis oculis videre licet. Nam eum nemo omnino propheta apud vos conſecutus eſt: & quòd prophetæ qui apud vos claruerunt,vnam aliquam aut etiam
E alteram vim accipientes,ea facerent & loquerentur,quæ nos etiam ex ſcripturis didicimus.Quæ à me dicuntur,conſyderate. Sapientiæ quidẽ Spiritu Salomon prędictus fuit,intelligentiæ & cõſilij Daniel, roboris & pietatis Moſes,Elias timoris,Eſaias ſcientiæ , cęterique pari modo vel vnam vnuſquiſque aut viciſsim aliquam aliam cum alia vi coniunctam habuerunt:veluti Hieremias,& duodecim,& Dauid vnóque nomine cęteri,qui

f.iiij.

apud vos prophetię munere laudéque claruerunt. Requieuerunt ergo,id A
eſt finem habuerunt & terminum, cùm is veniſſet poſt quē diſpenſationis ac prouidentiæ huius confecto curſu temporis eius apud homines,ea apud vos ceſſare debuerunt, & in hoc ſumpto termino rurſus à prophetía prædictum eſt, fore munera quæ pro dono virtutis illius Spiritus iis qui ſibi credunt, largitur, vt quenque dignum eſſe intelligit. Hoc autē prędictum eſſe ita factum iri ab eo poſteaquàm in cælum rediiſſet, iam quidem dixi, rurſus autem doceo. Dixit igitur, Aſcendit in cælum, captiuam duxit captiuitatē, hominibus dona largitus eſt. Et rurſus in alia pro-
Ioël.2. phetía, Et erit poſt hæc, effundam ſpiritum meum in omnem carnem, & in ſeruos meos, & ancillas meas, & prophetæ munere fungentur. Apud nos etiam videri poſſunt & fœminæ & mares, qui munera habent à Dei B
Spiritu. Ex quo intelligi poteſt, prædictum eſſe ventura ad eum ea munera quæ ab Eſaia enumerata ſunt, non quòd eis egeret, aut in eo deſyderarentur, ſed quòd præterea non eſſent futura. Sit vobis documento id quod commemoraui factum eſſe ab Arabiæ Magis, qui ſimul atque natus eſt puer, eum adoratū venerunt. Etenim cùm natus eſt, vim ſuam habuit, creſcénſque pro communi omnium hominum conditione, atque vtens iis quæ naturæ accommodata erant, ſuum cuique incrementum tribuit, cùm cibis omnibus aleretur, trigintáque annos fere natus, manſit quoad Ioannes eius aduentus pręco extitit, viámque ad baptiſmum muniit: tum denique venit Ieſus ad Iordanem flumen, vbi Ioannes baptizabat, deſcendítque ac ſe demiſit in aquam, ibíque ignis accenſus eſt: cúmque ex aqua emineret, Spiritum ſanctum columbæ ſpecie in eo inſediſſe C
Chriſti noſtri Apoſtoli literarum monumentis prodiderunt. Nec quòd baptiſmo ei opus eſſet, aut Spiritu qui columbæ figura venit, eum ad flumē veniſſe ſcimus, quemadmodum nec natus eſt, nec cruci ſuffixus quòd hæc deſyderaret, ſed generis hominum cauſa, quòd Adami opera, qui præter priuatam ac propriam vniuſcuiuſque eorum culpam, deliquerat, in mortem ſerpentíſque fraudem incidiſſet. Hoc enim fecit Deus quòd hos vellet libera voluntate, atque liberos factos & angelos & homines facere, quicquid vt facere poſſent, dediſſet: ita duntaxat, vt ſi ea quę ipſi grata ſunt, ſequerentur, eos immortales & ab omni ſupplicio liberos ac ſolu- D
tos ſeruaret: ſin improbè vixiſſent, de illis ea ſupplicia quæ vellet ſumeret. Nec illud quòd ſedens in aſina Hieroſolyma introiuit, quemadmodum ſuprà à vatibus prædictum eſſe docui, poteſtatem ei dedit vt Chriſtus eſſet, ſed hominibus ſe eſſe Chriſtum patefecit. quemadmodum in Ioanne documentum hominibus eſſe oportuit, vt quis eſſet Chriſtus cognoſcerent. Ioannem enim qui ad Iordanem ſederet, baptiſmum pœnitētiæ prędicaret, cingulum pelliceum, veſtémque ex pilis cameli tantum ferret, nec quicquā præter locuſtas & mel ſylueſtre ederet, homines Chriſtū eſſe
Matth.3. exiſtimabant: ad quos etiam ipſe clamabat, Nō ſum Chriſtus, ſed vox cla- E
mantis. Veniet enim me fortior, cuius non ſum dignus qui calceos portē. Cūq; ad Iordanē Ieſus veniſſet, íſque Ioſephi fabri filius eſſe putaretur, ac deformis

A deformis,vt ſcripturæ prædixerāt,appareret,& faber haberetur(hæc enim fabrilia opera cùm inter homines verſaretur, aratra & iuga faciebat, ex his & iuſtitiæ ſigna docens, & vitam ab opere remotam) Spiritus ſanctus hominum cauſa, vt antè dixi,columbæ ſpecie in eo inſedit, vóxque è cælo ſimul venit,quæ etiam à Dauide commemoratur, tāquam ex eius perſona dicente id,quod ei à Patre dicendum erat,Filius meus es tu,ego hodie te genui:tum ortum eius fore dicens apud homines,ex quo ipſe cognoſci cœpiſſet,Filius meus es tu:ego te hodie generaui.Intelligis planè, inquit,noſtros omnes Chriſtum expectare:omnéſq; ſcripturas quas protuliſti, de eo inuentas eſſe fatemur:noménque Ieſus,quo Nauæ filius appellatus eſt,perſuaſiſſe mihi vt ei etiam me dederem,hoc etiam concedo. An verò ita ignominioſè Chriſtus in crucem agēdus ſit,ambigimus. Maledictus enim & diris deuotus eſſe in lege dicitur is,qui cruci ſuffigitur. *Deut.21.* Itaque non facilè hoc mihi perſuaderi poteſt.Illud quidem perſpicuū eſt, ſcripturas dicere Chriſtum eſſe patibilem . An autem eo mortis genere, quod maledictum eſt in lege,diſcere volumus,ſi modò hoc etiam docere potes.Si Chriſtus,inquā,perpeſſurus non fuiſſet, nec prædixiſſent prophetæ fore,vt pro populi ſceleribus ad mortem raperetur,ignominia afficeretur,flagris cæderetur, & in ſceleratis haberetur , ac tanquam ouis ad cædem duceretur, cuius genus à nemine exponi explicaríque poſſe propheta confirmat : profectò admirari rectè liceret. Nunc cùm hoc ſit id, quod eum delineat,& indicat omnibus: quid eſt cauſæ quamobrem nos quoque non magno fidentíque animo in eum crediderimus:omnéſque, qui ſcripta prophetarum intellexerunt,hunc fateantur non alium,ſi tantum audiant,hunc actum eſſe in crucem?Nobis igitur etiam, inquit,ſcripturis perſuade,vt tibi nos quoque aſſentiamur. Perpeſſurum enim eum fuiſſe,& ouis inſtar ducēdum, ſcimus.Hoc autem doce,eum etiam in crucem agendum fuiſſe , & tam turpiter ignominioſéque mortē perpeſſurum,quam lex execretur.Nos enim ne id quidem cogitare intelligeréque poſsumus. Scis,inquam, prophetas ea omnia quæ dixerunt,ac fecerunt, quemadmodum etiam inter nos conſtitit,ſimilitudinibus ac figuris adūbraſſe,vt nō facilè plurima à quibuſuis intelligi poſsint, occultata eorum veritate,ita vt etiam ij,qui eam quærant,multum operæ in ea inuenienda dicendáque conſumant. Inter nos , inquiunt, conuenit. Fac igitur, inquā,id quod ſequitur,audias.Moſes enim primus hanc eius,quæ viſa eſt, deteſtationē & maledictū,iis ſignis quę addidit,expreſsit.Quibus,inquit, ais? Cùm populus,inquam,bellum cum Amaleco gerebat, Nauæque filius is qui Ieſu nomine appellatus eſt,bello pręerat,Moſes ipſe Deum paſſis in cælum manibus precabatur. Aaronius autem eas toto die ſubleuabat,ne defeſſus eas deprimeret. Si enim aliqua ex parte ab ea figura quæ crucem imitatur,deflexerat:tum vt,apud Moſem ſcriptū eſt,populus vincebatur.Si verò in eo ſtatu ac figura manebat, Amalecus tantum vincebatur,& populus cruce fortis reddebatur . Neque enim quòd ita Moſes precabatur,propterea ſuperior erat populus:ſed initio pugnæ cùm nomē

Ieſu eſſet, ipſe ſignum crucis edebat. Quis enim veſtrum ignorat, maximè quidem ac primùm eas preces quę cum dolore & lachrymis cõiunctæ ſunt, Deum demulcere & placare ſolitas, & quæ demiſſo in terram vultu flexíſque genibus funduntur? Hoc autem non in lapide ſedẽs, neque ipſe, neque alius poſteà precabatur. Habet autem lapis quandam cum Chriſto, vt docui, coniunctionem. Nam per aliud crucis myſterij vim indicans Deus, per Moſem cùm Ioſepho bene precatus eſt, locutus eſt hoc modo, Benedictione Domini eius terra referta ſit, pomis cęli, rore, profundis puríſque fontibus qui ſubiecti ſunt, pomis fructus qui à ſolis reuerſionibus, & à congreſſu lunæ maturitatem adipiſcuntur, à cacumine antiquorum montium, & collium, fluuiíſque perennibus, frugúmq; terræ multitudine. Quæque accepta ſunt Deo qui in rubo viſus eſt, Ioſepho eueniant, & in vertice. Inter fratres maximã gloriam conſequatur, primigenij tauri eius ſit pulchritudo: cornua monocerotis, eius cornua. His ipſe gentes ſimul ad finem terræ petet. Monocerotis enim cornua vllius rei aut figuræ, niſi eius quæ crucem declarat, ſimulachrum exprimere, docere nemo poteſt. Rectum enim vnum lignum eſt, à quo ſumma pars in cornu eſt erecta, cùm aliud lignum accommodatum & adiunctum fuerit: atque vtraque ex parte quaſi cornua vni cornu coniuncta extrema videntur: & quod in medio fixum eſt, vt cornu ipſum etiam eminet, in quo ij qui in crucem aguntur, inſident cornúque ſpeciem præbet, & ipſum cum cæteris cornibus delineatũ fixúmque eſt. Illud etiam, His gẽtes ad fines terrę vſq; petet, declarat rem quæ nunc facta eſt in omnibus nationibus. Cornu enim petet, id eſt, compuncti ij omnes qui ex omnibus nationibus conuocati ſunt hoc myſterio, à vanis ſimulachris & dæmonibus ad religionẽ Deíque cultum deducti ſunt. Incredulis autem eadem figura ad interitũ condemnationémque pręfertur. Quemadmodum in populo qui ex Ægypto eductus eſt, figura quam Moſis manus porrectæ exprimebant, nominíſq; Ieſu per Nauę filium appellatione, Amalecus vincebatur, Iſraël vincebat. Atque etiam figura & ſigno quod contra mordentes muniebat, Iſraëlitico populo ſerpentis erectio facta videtur ſalutis credentium cauſa, quòd iam tum per eum qui in crucem agendus erat, mors quæ ſerpenti euentura erat, prædicebatur: ſalus autem iis promittebatur qui ab illo mordebantur, & ad eum qui filium ſuum quem cruci ſuffixum dicimus, in mũdum miſit, cõfugiebant. Neque enim in ſerpentem credere nos propheticus Spiritus per Moſem docebat, cùm eum etiam diris deuotũ eſſe initio à Deo demonſtret, & apud Eſaiam interfectum iri vt hoſtem, magno gladio qui Chriſtus eſt, ſignificet. Ergo ſi quis non ſine magno Dei munere, eorum quæ dicta ſunt intelligentiã comprehẽdat, & eorum quæ à prophetis geſta ſunt, nihil eum adiuuabit dictorum factorúmque commemoratio, niſi eorum etiam rationem afferre poſſit: quinetiam cõtemnenda multis videbuntur, dum ab eis qui minùs intelligunt, proferuntur. Si quis enim exquirere à vobis velit, cùm Enochus & Nochus vnà cum liberis & ſi qui alij tales fuerunt, nec circunciſione ſeruata, nec ſabbatis

Deuter. 33.

A B C D E

actis

A actis, tamẽ Deo placuerint, quæ cauſa fuerit cur Deus poſt tot ſecula per alios præfectos, legúmq; lationẽ vellet iuſtos effici, eos quidẽ qui ab Abrahamo ad Moſem in vita eſſent, circũciſione, eos autẽ qui à Moſe, & circũciſione & aliis præceptis, id eſt, ſabbato, hoſtiis, libationibus, & oblationibus, niſi, vt à me antè dictũ eſt, reſpõdeatis ac doceatis, quòd Deus qui præſcius eſt, cognouiſſet dignum fore populum veſtrum, qui Hieroſolymis expelleretur, nec fore vt illuc cuiuſquam conceſſu ei reditus pateret. Neque enim aliunde, niſi ex carnis circunciſione, quemadmodum antè dixi, eſtis cogniti. Nam Abrahamus nòn ex circũciſione, ſed ex fide teſtem ſuæ iuſtitiæ ac virtutis Deum habuit, præſertim cùm antè quàm circunciſus eſſet, ita de eo dictum eſt, Credidit autem Deo Abrahamus, eíque iu-
B ſtitiæ tributum eſt. Nos igitur etiam in præputio carnis Deo per Chriſtũ credẽtes, circunciſionéque præditi ea quæ nobis qui eam aſſecuti ſumus, prodeſt, id eſt, animi & cordis, Deo iuſtos & gratos nos fore ſperamus: quandoquidem iam per verba prophetica ab eo teſtimonium habemus. Vobis autem præceptum eſt, vt ſabbata ageretis, & ſacra faceretis, voluítque Dominus locum Dei nomine appellari, ne, quemadmodum dixi, ſimulachra colẽtes, Deíque immemores, impij & à Deo alieni efficeremini, vt ſemper vos fuiſſe conſtat. Atque his quidem de cauſis Deum vobis
C leges de ſabbatis & ſacrificiis tuliſſe, ſuperioribus ſermonibus docui. Sed eorum cauſa qui hodie venerunt, eadem etiam ferè omnia libet repetere, quandoquidem, niſi hoc obtineatur, Deus calumniis exagitabitur quaſi res futuras minimè prænoſcat, nec eadem iura omnes, & intelligere & facere doceat. Multa enim hominum genera ante Moſem natũ fuiſſe conſtat: nec verbum eſt propheticum quod Deum verum non eſſe, & iuſtum, omnéſque vias eius non eſſe iudicia aſſerat, nec in eo eſſe iniuſtitiam. Quoniam autem verum eſt verbum, vos etiam Deus non eſſe imprudẽtes, & amantes veſtri ſemper vult, vt cum Chriſto qui Deo placuit, eúmque teſtem habuit, quemadmodum ſanctis propheticis verbis docui, ſalutem aſſequamini. Quæ enim ſemper omníque ex parte iuſta ſunt, omnẽ-
D que iuſtitiam in omni hominum genere præſtat: omnéque genus hominum adulterium malum eſſe intelligit, ſtuprum, parricidium, cæteráque generis eiuſdem. Quæ ſi omnes faciant, non tamen cùm ea admittunt, ſe ſcelus facere ignorant, præter eos omnes qui immundo Spiritu agitati, educationéque & mala conſuetudine, improbíſque legibus deprauati, naturales notiones amiſerunt, aut potius extinxerunt, aut eas morantur & retinent. Videre enim licet homines etiam qui eadem ſibi accidere nolint, quæ ipſi in alios faciunt: & in conſcientiis hoſtilibus ea quæ ipſi faciant, alij aliis obiiciãt. Vnde mihi præclarè dixiſſe videtur Do-
E minus noſter & conſeruator Ieſus Chriſtus, In duobus præceptis iuſtitiã omnem religionémque contineri. Sunt autem hæc, Diliges Dominum *Mat.22.*
Deum tuum toto corde tuo, omnibúſque viribus tuis: proximúmque tuũ *Mar.12.*
tanquam teipſum. Qui enim Deum toto corde ſuo, omníque vi ſua diligit, is piæ mentis ſententiæque plenus, alium Deum nullum colet: Ange-

lúmque illum volente Deo colet,qui Domino & Deo charus eſt: Et qui A
proximum æquè ac ſeipſum amat,iiſdem illum bonis quibus ſe,affici vo-
let.Nemo autem ſibi malè cupit. Eadẽ igitur bona proximis & optabit,
& faciet, quæ ſibi,is cui charus eſt proximus. Proximus porrò hominis
aliud nihil eſt niſi ſimilis conditionis, atque rationis particeps animans,
id eſt homo.Cùm ergo bifariam diuiſa iuſtitia omnis ſit,in Deũ & in ho-
mines,qui,vt ait verbum,Deum toto corde & viribus omnibus amat, &
proximum æquè ac ſeipſum,is demum verè iuſtus erit ac bonus.Vos au-
tem neque erga Deum,neque erga homines amicitiam vel charitatẽ vn-
quam ſeruaſſe comprobati eſtis, vt docui: ſed & ſimulachrorum cultores
ſemper,& virorum bonorum ac iuſtorum interfectores inuenti eſtis, vt B
etiam in ipſum Chriſtum manus inieceritis,& ad hoc tempus in veſtra
malitia & ſcelere perſtetis, deteſtantes etiam eos qui eum qui in crucem
à vobis actus ſit,Chriſtum eſſe demonſtrant:& præterea illum vt Dei ho-
ſtem,& diris deuotum in crucem actum eſſe docere vultis:quod quidem
mentis veſtræ à ratione auerſæ opus eſt.Cùm enim cauſas à ſignis quæ à
Moſe facta ſunt,intelligendi hunc eſſe habeatis,non vultis, ſed præterea
nos à ratione aberrare poſſe exiſtimantes, vnà quæritis ac diſputatis, id
quod vobis euenit,vobiſque deſunt verba, cùm in aliquem Chriſtianum
qui vehementer agat,inciditis.Mihi enim dixiſtis,An non Deus erat,qui
per Moſem præcepit,ne ſimulachrũ, neque ſimilitudo eorũ quæ in cælo, C
aut quæ in terra ſunt, penitus fieret?& tamen idẽ in ſolitudine per Mo-
ſem æneum ſerpentem voluit fieri,& pro ſigno ſtatui, quo ij quos ſerpẽs
momordiſſet,ſeruabantur:& ſceleris expers eſt? Myſterium enim ex hoc
vt antè dixi, prædixit, quo & diſſoluturum ſe eſſe poteſtatem ſerpentis,
qui etiam fecit,vt Adamus præceptum diuinum violaret, prædixit:& ſa-
lutẽ nunciauit iis qui huic crederent,qui per hoc ſignũ,id eſt,ei qui cruci
ſuffigendus erat, à morſibus ſerpentis, id eſt à prauis actionibus, ſimula-
chrorum veneratione,aliiſque ſceleribus.Alióqui ſi hoc non intelligetur,
dicite quamobrem æneum ſerpẽtem Moſes pro ſigno ſtatuit, intueríque
eum iuſsit eos qui morderentur, iíque curabantur quos ſerpens morde- D
bat,quæ cùm ipſe iuſsiſſet,nullius omnino ſimulachrum fieri voluit.Hoc
loco alter eorum qui poſtero die venerant,Vera ſunt,inquit, iſta,cauſam
afferre nõ poſſumus.Ego enim hoc ſępe ex doctoribus quæſiui,nec quiſ-
quam mihi cauſam attulit.Itaque perge porrò. Te enim attentè audiui-
mus myſterium enunciantem eorum quibus factum eſt,vt etiam prophe-
tarum probationes calumniis pateant. Quemadmodum ergo,inquam,
Deus ſignum per æneum ſerpentem fieri iuſsit, & nulli culpæ affinis eſt:
ſic etiam in lege deuotio & deteſtatio conſtituta eſt in eos homines, qui
in crucẽ aguntur:nec verò iam in Chriſtum Dei conſtituta eſt deteſtatio,
per quem iis omnibus qui deuotione digna geſſerunt,ſalutẽ dat. Etenim E
omne genus hominum deteſtationi obnoxium reperietur, lege Moſis.
Maledictus enim dictus eſt omnis qui nõ perſtiterit in iis omnibus,quę
in libro Legis ſcripta ſunt,vt ea perficiat:nec quiſquam diligenter perfecit
omnia

A omnia, in quo repugnare mihi non audebitis: ſed ſunt qui magis, ſunt qui minus, alij aliis pręceptis paruerunt. Quòd ſi eos quibus hæc lata lex eſt, deteſtatione teneri conſtat, propterea quòd non omnia ſeruarunt, an non multo magis gentes omnes deuotione teneri videbuntur, quæ & ſimulachra colunt, & pueros corrumpunt, & cæteris vitiis ſceleribúſque ſe inquinant? Quòd ſi Chriſtum ſuum pro omnium generum hominibus rerum omnium parens omnium maledicta & deteſtationes ſuſcipere voluit: quòd ſciret eum ſe excitaturum eſſe cùm cruci ſuffixus eſſet, & mortuus: cur de eo, qui hæc conſilio voluntatéque Patris adductus perferre voluit, vt de maledicto, diríſque deuoto homine loquimini, ac non potiùs vicem veſtram doletis? Si enim & eius Pater hæc ipſum perpeti, &
B ipſe generis hominum cauſa voluit, hoc vos profectò dum feciſtis, non conſilio voluntatíque Dei obtemperaſtis. Neque enim cùm prophetas de medio tollebatis, religionem pietatémque coluiſtis. Nec quiſquam veſtrum hoc dicat, Si Pater eum hæc perferre voluit, vt eius liuore generi hominum medicina adhiberetur, nos nullam iniuriam fecimus, nec ſcelus admiſimus. Equidem hoc iam antè dixi, vos ſi hæc diceretis, quòd vos ſuperioris vitæ peccatorum pœniteat, atque hunc Chriſtum eſſe agnoſcatis, eiúſque præceptis pareatis, peccatorum veniam con-
C ſecuturos. Si verò & hunc ipſum & eos qui ei credunt, deteſtamini & auerſamini, & ſi detur poteſtas, interficitis, quid eſt quamobrem non ex eo etiam quòd ab eo manus non abſtinuiſtis, de vobis vt de iniuſtis ac ſceleratis, omníque ex parte imprudentibus queratur? Nam illud quod in lege ſcriptum eſt, Maledictus diríſque deuotus eſt omnis qui pendet in ligno, non quòd Deus hunc qui cruci ſuffixus eſt, auerſetur, noſtram ſpem ex hoc qui in crucem actus eſt, pendentem erigit: ſed quòd Deus prædixit, eum quem vos veſtríque ſimiles non agnoſcitis, & ante omnia eſſe, & perpetuum Dei ſacerdotem, & regem & Chriſtum fore: id quod factum eſſe vobis videre licet. Nam & vos in ſynagogis conuentibúſque veſtris eos omnes qui ab illo Chriſtiani dicti ſunt, deteſtamini, & aliæ *Deuter. 21.*
D nationes, quæ etiam deteſtationem ad rem conferunt dum eos interficiunt, qui tantùm Chriſtianos ſe eſſe profitentur: quibus nos omnibus hoc cõfirmamus, Vos fratres noſtri eſtis, Dei veritatem potiùs agnoſcite. Cúmque nec illi nobis nec vos fidem habetis, ſed potiùs datis operam vt nomen Chriſti negemus & auerſemur, mortem perpeti malumus, & perpetimur, quòd exploratũ habeamus, nos quę per Chriſtũ bona Deus pollicitus eſt, omnia eſſe adepturos: & præterea pro vobis precamur, vt miſericordiã à Chriſto conſequamini. Is enim nos etiam pro inimicis & hoſtibus orare docuit his verbis, Eſtote benigni & miſericordes, vt etiam pa- *Luc. 6.*
E ter veſter cęleſtis. Etenim rerum omnium prępotentem Deum benignũ & *Matth. 5.* miſericordem animaduertimus, dũ ſolem ſuũ oriri facit ingratis & iuſtis, pluítq; bonis & improbis, quos omnes ſe iudicaturũ eſſe docuit. Nam ne illud quidem, quòd ad veſperũ Moſes propheta manebat, cùm eius manus

Horius & Aaronius ſubleuabãt in hac figura,temerè geſtũ eſt. Dominus A
enim ferè ad veſperũ in ligno fuit,eúmq; veſperi ſepelierũt: deinde tertio
Pſal.3. die excitatuseſt:id quod à Dauide enũciatũ eſt hoc modo,Voce mea ad Do
minũ clamaui,méque ex monte ſancto ſuo audiuit.Ego dormiui,& ſom-
nũ cepi:excitatus ſum,quòd Dominus me adiuuit.Ab Eſaia etiam dictum
65.Cap. eſt, quonam mortis genere migraturus eſſet à vita, hoc modo, Extendi
manus meas ad populũ perfidum & incredulum, & repugnantem:ad eos
qui non rectam vitæ viam ſequebantur. Idémque Eſaias prædixit fore
53.Cap. vt excitaretur, Sepulchrum eius ſublatum eſt de medio,dabóque diuites
pro eius morte. De morte eius & cruce Dauid primo & vigeſimo pſal-
mo diſſeruit obſcurè,hoc modo, Foderunt manus meas & pedes meos, B
oſſáque mea omnia numerauerunt: ipſi autem me conſyderauerunt & a-
ſpexerunt. Diuiſerunt inter ſe veſtimenta mea, & ſortem in veſte meá
iecerunt. Cùm enim eum cruci ſuffixerunt, clauos figentes, eius ma-
nus foderunt & pedes:& qui eum in crucem ſuſtulerunt,veſtimenta eius
diuiſerunt inter ſe, ſortem iacientes, pro ea quiſque ſortis acceſsione,
quam eligere voluiſſent.Atque hunc ipſum pſalmum nõ de Chriſto ſcri-
ptum eſſe dicitis, quòd planè cęci eſtis, nec intelligitis,nemini qui in ve-
ſtro genere vnquam dictus ſit rex Chriſtus, confoſſas manus & pedes in
vita fuiſſe, eúmque hoc crucis myſterio, præter hunc vnum Ieſum, eſſe
mortuum.Totum autem pſalmum proferam, vt eius in Patrem pietatem C
audiatis, & quemadmodum omnia illi accepta ferat, vt qui ab eo petat,
vt à morte hac liberetur. Hoc etiam in illo pſalmo declarat, cuiuſmodi eſ-
ſent ij qui in eum coniurarunt,ſéque qui redimendi cauſa mortẽ perpeſ-
21.Pſal. ſus ſit,verè hominem factũ eſſe dicet.Eſt autem hic pſalmus,Deus Deus
meus attentè me audi,cur me deſeruiſti? procul abſunt à ſalute mea ver-
ba delictorum meorum. Deus meus ad te interdiu clamabo nec audies,
& noctu, nec mihi amentiæ adſcribetur.Tu verò in ſancto loco habitas
laus Iſraëlis. In te patres noſtri ſpem collocarunt, collocarunt, eóſque li-
beraſti:ad te clamauerunt,& ſalutem adepti ſunt:in te ſperauerunt,neque
de ſpe deciderunt. Ego autem vermis ſum, non homo, probrum homi- D
num,plebíſque abiectio.Omnes qui me intuebantur,me irriſerunt:ore lo-
cuti ſunt,& mouerunt caput,In Domino omnes eius ſpes ſitæ ſunt,eum
liberet, eum ſeruet, quoniam eum vult. Quòd tu es qui me ex ventre
extraxiſti, ſpes omnes meæ ex eo tempore quo mammas matris ſuge-
bam,in te ſitæ ſunt: ad te ex vtero iactatus ſum:ex eo tempore quo in
aluo matris meæ continebar, Deus meus es. Noli à me diſcedere, pro-
ptereà quòd cruciatus propè adeſt, neque eſt qui mihi auxilium ferat.
Circundederunt me vituli multi,tauri pingues me obſederunt.Os ſuum
in me rapacis & rugientis leonis inſtar aperuerunt. More aquæ oſſa mea
effuſa & diſperſa ſunt omnia. Cor meum in ventris mei medio ceram E
quæ liqueſcit imitatum eſt: vires meæ vt teſta exaruerunt: lingua mea
faucibus meis adhæſit, méque in puluerem mortis deduxiſti. Me enim
circundederunt

A circundederunt canes multi, cœtus improborum me obſedit. Foderunt manus meas & pedes meos: omnia oſſa mea numerauerunt. Iidem me conſyderauerunt, & aſpexerunt: veſtimenta mea diuiſerunt inter ſe,& in veſte mea ſortem iecerunt. Tu autem domine, noli auxilium tuum à me differre: attentus eſto ad opem mihi ferendam. Eripe ex gladio animam meam, & vnicam meam ex canis faucibus.Me ex ore leonis ſerua, humilitatémque meam ex monocerótum cornibus. Narrabo & exponam fratribus meis nomen tuum, te in medio cœtu laudabo. Qui Dominum metuitis, eum ornate laudibus, omnes Iacobi poſteri ei tribuite gloriam: metuant eum omnes Iſraëlis poſteri. Quæ cùm concluſiſſem, addidi, Totum ergo pſalmum hunc ita de Chriſto dictum eſ-
B ſe docebo, ſi rurſus eum expoſuero. Quod igitur ſtatim ait, Deus meus, Deus meus,attentum te mihipræbe, cur me reliquiſti? hoc iterum dixit, quod à Chriſto dicendum erat.Cùm enim cruci ſuffixus eſſet,dixit,Deus Deus, cur me reliquiſti? & quę ſequuntur. Procul à me verba delictorum meorum. Deus meus ad te interdiu clamabo, nec audies, & noctu, nec mihi amentiæ aſcribetur, vt ea etiam quæ facturus erat, dixit. Eo enim die quo in crucem agendus erat, adiunctis tribus diſcipulis in monte qui Oliuarum dicitur, ſitúſque eſt ad templum Hieroſolymitanum, precabatur his verbis, Pater ſi fieri poteſt, hoc poculum me prætereat, deinde hoc precatur, Non vt ego volo, ſed vt tu, his declarans
C factum ſe eſſe hominem verè patibilem. Sed ne quis obiiciat, Ignorabat ergo ſe mortem eſſe perpeſſurum, ſtatim in pſalmo ſubiicit, Nec mihi imprudentiæ aſcribetur, quemadmodum nec Deo ignorationi tributum eſt, quòd Adamum rogarit, vbi eſſet, nec Cain, vbi Abel, vt qualis quiſque ſit, oſtendat, & ad nos omnium cognitio veniat, quòd literarum monumentis proditum eſt: ſic etiam ſignificabat non ignorationem ſuam, ſed eorum qui eum Chriſtum non eſſe putabant, verùm exiſtimabant eum eſſe moriturum,& more cuiuſuis hominis manſurum apud inferos. Quod autem ſequitur, Tu autem in ſancto habi-
D tas laus Iſraëlis, eo ſignificabat ſe dignum laude & admiratione aliquid eſſe facturum, quòd tertio die quàm in crucem actus eſſet, excitandus eſſet à mortuis, id quod à patre acceptum habet. Chriſtum enim & Iacobi & Iſraëlis nomine appellari docui: nec ſolùm in Ioſephi & Iudæ benedictione ea quæ cõtinentur,de Chriſto obſcurè prædicta eſſe demonſtraui. In euangelio etiam ita locutus eſt,Omnia mihi à Patre data ſunt: nec quiſquam Patrem nouit, niſi filius, nec Filium, niſi Pater, & ij quibus Filius patefecerit. Patefecit ergo nobis omnia etiam quæ ex ſcripturis eius conceſſu & munere intelleximus, nouimúſque eum primigenium Dei eſſe, & ante omnia quæ effecta ſunt, Patriarcharúmque filium, quoniam ex virgine quæ genus ab illis duxit, caro factus, & ho-
E mo deformis,inglorius,& patibilis fieri voluit. Hinc in ſermonibus ſuis dixit, cũ de morte ſua futura diſſereret,oportere filiũ hominis multa perpeti,improbaríq; à Phariſęis & Scribis,& in crucẽ agi,tertióq; die excitari

ab inferis.Filiũ hominis ſe dicebat vel quòd ex virgine natus eſſet,quæ,vt A
antè dixi,genus à Dauide,Iſaaco, Iacobo & Abrahamo habuit,aut quòd
ipſe Abrahami pater eſſet,eorúmque qui enumerati ſunt,à quibus Maria
genus ducit. Patres enim eorum liberorum qui fœminis nati eſſent,fœ-
minarum generatores fuiſſe ſcimus. Etenim vnum diſcipulorum ſuo-
rum, qui patris ipſius enunciatione filium Dei Chriſtum ipſum eſſe a-
gnouiſſet, cùm antea Simon diceretur, Petrum appellauit: filiúmque
Dei eundem ſcriptum in eius apoſtolorum commẽtariis habentes, &
filium ipſum dicentes, eſſe ante omnia quæ condita ſunt,intelleximus,
& ex patre eius poteſtate & conſilio proceſsiſſe: qui & ſapientia, & dies,
& oriens, & gladius, & lapis, & virga, & Iacobus & Iſraël alia atque
alia ratione in prophetarum libris appellatus eſt: & ex virgine factum B
eſſe hominem, vt qua via inobedientia quæ à ſerpente inuecta eſt, ex-
ordium habuit, eadem etiam euerſionem acciperet. Eua enim quæ vir-
go & integra erat,cùm verbum ſerpentis concepiſſet, inobedientiam ac
mortem peperit: fidem autem & gaudiũ percipiens virgo Maria, cùm ei
Gabriel angelus Spiritum Domini in ipſam venturum eſſe nunciaret,
vímque altiſsimi ei obumbraturam,ob eámque cauſam id quod ſanctum
ex ea naſceretur, eſſe Dei filium: reſpondit his verbis, Eueniat mihi vt
dixiſti. Ex hac hic natus eſt, de quo tot ſcripturas dictas eſſe docui-
mus, per quem Deus & ſerpentem, & ſimiles factos angelos & homines
delet: mortis autem liberationem iis quos ſcelerũ pœnitet, atque in eum C
credunt,parit.Quę autẽ in pſalmo ſequuntur,hęc,In te ſpem ſuã colloca-
uerunt patres noſtri,ſpẽ collocauerunt,& eos liberaſti:ad te clamauerunt,
nec repulſam tulerunt:Ego autem vermis ſum,non homo,probrũ homi-
num plebíſque contemptio: declarant etiam patres eum profiteri,qui in
Deo ſpem collocauerunt,& ſeruati ſunt ab eo:qui etiam patres erant vir-
ginis ex qua cùm homo factus eſſet, natus eſt: idémque ſe à Deo libera-
tum iri indicat, nec ſuo conſilio aut poteſtate quicquam ſe facere glo-
riatur. Idem enim in terra fecit, cùm quidam ei diceret,Magiſter bone,
reſpondit, Cur me bonum appellas? Vnus eſt bonus pater meus qui eſt
in cælis. Quæ verò ait, Ego autem ſum vermis, non homo, probrum D
hominum plebíſque abiectio, ea eſſe antè dixi, quæ & eſſe in eo, & ei
accidiſſe conſtat.Nam & nobis qui in eum credimus vbique probro eſt,
& plebis contemptio, quòd à populo veſtro contemptus, & ignominia
affectus,ea pertulit omnia, quæ voluiſtis. Et quę ſequuntur, Omnes qui
me intuebãtur,me iriſerrunt,labris locuti ſunt, mouerunt caput: Spera-
uit in Domino,eum liberet,quoniam eum vult:ea etiam ſimiliter ei eue-
niſſe antè dixi. Ij enim qui eum cùm cruci ſuffixus eſſet videbant, ſuum
quiſque caput agitabant, labra diſtorquebant, naribúſque inter ſe indi-
gnantes hæc per ironíam dicebant,quæ in eius apoſtolorum commenta-
riis ſcripta ſunt,Dei ſe filium eſſe dicit,deſcendat,& incedat:Deus eum li- E
beret.Quæ etiã ſequuntur,Spes meæ in te ſitę ſunt omnes iã eo ex tẽpore,
cùm matris mammas appetebã:ex vtero ad te iactatus ſum:Deus meus es

ex

A ex eo tempore quo in aluo matris meæ continebat, quòd nemo eſt, qui mihi opem & auxilium ferat. Circundederunt me vituli multi, tauri pingues me obſederunt: in me os ſuum aperuerunt, quemadmodum leo qui rapit & rugit, ſolet. Vt aqua, ſic effuſa & diſperſa ſunt oſſa mea omnia: cor meum in medio ventre meo ceræ liqueſcentis inſtar factũ eſt: vires meę, teſtę inſtar exaruerunt, & lingua mea faucibus meis adhęſit: Hæc, inquã, ea quæ iam facta ſunt, nunciabant. Hoc enim, Spes mea es ex eo tempore cùm mãmas matris ſugebam, ſimulatq; Bethleem natus eſt, vt antè dixi, euênit. Herodes enim rex cùm ex Magis didiciſſet ea quæ eum attingebant, eum conatus eſt ex inſidiis & dolo interficere: quod ne fieret, Ioſephus præcepto Dei parens, eum cum Maria accepit, & in Ægyptũ pro-
B fectus eſt. Pater enim ei quem genuiſſet, moriendum eſſe conſtituerat, poſteà quàm corroborata ætate ſermonem ſuum prædicaſſet. Quòd ſi quis dicat, an non Herodem potius interficere Deus poterat, hoc occupando quæro, num poterat Deus initio Serpentem tollere de medio, ne hoc diceret, Inimicitiarum cauſas inter te & mulierem, ſeménque tuum & illius ſeram? nonne potuit ſtatim hominum multitudinem fingere? Verùm vt cognoſcebat præclarum ac honeſtum fieri, fecit eſſe poteſtatis ſuæ ad bonas iuſtáſque actiones & angelos & homines, conſtituítque tempus ad quod bonum eſſe illos ſui eſſe arbitrij & poteſtatis in- *Gen.3.*
C telligebat. Quódque honeſtum ac rectum eſſe cognoſcebat, & generalia & priuata iudicia faciebat, ita tamen, vt liberum arbitrium retineretur. Itaque & in turre ædificanda, & variis linguarum ſonis, & linguarum commutatione, hæc verbum propheticum tradit, Et dixit Deus, *Gen.11.* Ecce genus vnum, & labrum vnum omnium, atque hoc facere cœperunt, nec nunc prætermittent ea omnia quæ facienda cenſuerunt. Illud etiam, Exaruerunt vt teſta vires meæ, linguáque mea faucibus meis adhæſit, pari modo ea quæ ab eo gerenda erant Patris conſilio, antè nunciabat. Vis enim vehementis eius orationis, qua ſemper Phariſæos & Scribas qui ſecum diſputabant, & vno nomine doctores veſtros refelle-
D bat, cohibita eſt inſtar fontis rapidi, & qui aqua abundat, cuius aqua detorta eſt, cùm taceret, nec iam Pilato prætore quicquam vlli reſpondere vellet, quemadmodum in eius apoſtolorum commentariis expreſſum eſt: vt etiam quod ab Eſaia dictum eſt, fructum efficacem habeat, apud quem ſcriptum eſt hoc modo, Dominus dat mihi linguam, vt ſciam quando loqui debeam. Quod autem ipſe ait, Deus meus es tu, noli à me diſcedere, qui doceo ſimul omnes & in Deo qui omnia effecerit, ſpes ſuas collocare oportere, & ab eo vno ſalutem & auxilium quærere: non autẽ more cæterorũ hominũ, genere, vel diuitiis, vel potentia, vel ſapientia exiſtimare ſalutem poſſe adipiſci: cuiuſmodi vos ſemper præſtitiſtis,
E quos interdũ vitulũ cõflauiſſe, ſemper autẽ ingratos fuiſſe, interfectoréſq; bonorũ, & genus iactaſſe conſtat. Si enim Dei filius, ex eo quòd filius eſt, nõ quia fortis, nec quòd ſapiẽs, dicere ſe ſeruari poſſe videtur: ſed quia pec-

catũ in eum cadere non ponit,quẽadmodum Eſaias eũ ne verbo quidem A
53.Cap. peccaſſe ait(Peccatum enim non fecit,nec dolum & fraudẽ ore)ſine Deo non poſſe adipiſci ſalutẽ: quónam pacto vos , aut etiam alii qui ſine hac ſpe ſalutẽ ſe conſecuturos eſſe ſperant,non vos decipi cogitatis?Quę autẽ in pſalmo ſequuntur deinceps,hęc , Tribulatio enim propè adeſt, quòd non eſt qui mihi auxilium ferat , Circundederunt me vituli multi, tauri opimi me obſederunt:os ſuum in me aperuerunt, tanquam leo qui rapit & rugit:Aquæ inſtar effuſa diſsipatáque ſunt oſſa mea omnia:eorum quę ſimiliter ei euenerũt erant prænuncia Ea enim nocte,qua veſtri in montem Oliuarum,à Phariſæis & Scribis docti miſsi ſunt,& impetum in eum fecerunt,eum circundederunt,quos vitulos cornupetas & exitioſos ſcriptura appellat.Et quod ait,Tauri pingues me obſederunt:eos etiam idem feciſſe quod vituli ſolent , cùm ad doctores veſtros ductus eſt, prædixit: quos quidem ſcriptura tauros vocauit,quòd tauros,cur vituli ſint,cauſam eſſe ſcimus.Vt igitur parentes ſunt vitulorũ tauri,ſic doctores veſtri cauſa fuerunt,cur eorum liberi ad montem Oliuarum eius comprehendendi & rapiendi ad eos gratia exierint.Quod etiam ait, Quòd non eſt qui auxilium ferat: id rem factam ſignificat.Nemo enim omnino ei vt à culpa abhorrenti & innocẽti præſidio fuit.Et illud, Os ſuum in me aperuerunt ritu rugientis leonis:ſignificat regem Iudæorum qui tum erat , Herodem nomine,Herodis eius ſucceſſorem,qui cùm Chriſtus natus eſt,omnes pueros qui tum Bethleem nati erant, interfecit: quòd ſuſpicaretur in eis planè eſſe eum,de quo Magi qui ex Arabia venerant, cum ipſo locuti fuiſſent:cùm minimè omnium fortiſsimi cõſilium cognoſceret, qui Ioſepho & Mariæ vt in Ægyptum cum puero proficiſcerentur , ibíq; eſſent quoad rurſus eis patefaceret reuertendum eſſe in patriam,imperauerat.Ibi fuerunt ad Herodis mortem, qui Bethleemitanos pueros interfecit,& quoad Archelaus in eius locum ſucceſsit. Hic etiam exceſsit è vita antè quàm Chriſtus in crucem ageretur , quod quidem ſupplicium voluntate patris & prouidentia pertulit . Herodes autem cùm in Archelai locũ ſucceſsiſſet,poteſtate accepta quę ei tributa & conceſſa eſt,ad eũ Pilatus gratiæ ab illo ineundę cauſa, vinctũ Ieſum miſit. quod cùm Deus futurũ prouideret,dixit hoc modo,Eúmq; in Aſſyrij domũ ad regẽ deportarunt.Aut certè leonem rugientem in eum,Diabolum dixit, quem Moſes ſerpentem vocat:apud Iobum autem & Zachariam Diabolus nuncupatus eſt,& à Ieſu Satanas appellatus eſt,quòd nomen eum inueniſſe à re quam fecit , indicat . Sata enim Iudæorum Syrorúmque lingua deſertor eſt:Nas autem nomen,ex quo ſerpentis ducta eſt interpretatio, idem eſt quod Sata Hebręorũ voce expoſita:ex quorũ vtroque nomẽ vnũ Satanas exiſtit.Iſte enim Diabolus ſimul atque Chriſtus ex Iordane emerſit,miſſa voce ei dicẽtis,Filius meus es tu:ego te hodie generaui,quemadmodũ in Apoſtolorum cõmentariis ſcriptum eſt, acceſsit ad eum tẽtandi gratia ad hunc locum , in quo idem ei dixit,Me adora:eíque Chriſtus reſpondit,

Abi

A Abi poſt me, Satana: Dominum Deum tuum adorabis, eíque vni ſeruies. *Matth.4.* Vt enim Adamum decepit, ſic etiam in hunc ſe aliquid poſſe facere dicebat. Hoc etiam, Aquæ inſtar effuſa & diſsipata ſunt oſſa mea omnia: factum eſt cor meum in medio ventre meo ceræ liqueſcentis ſimile: id quod ei accidit illa nocte, cùm ad eum comprehendendum in mõtem Oliuarum exierant, antè denunciat. In commentariis enim, quæ ab eius Apoſtolis, & ab iis qui eos ſecuti ſunt, ſcripta eſſe dico, ſudor inſtar concreti ſanguinis, ei precanti ac dicenti, Prætereat, ſi fieri poteſt, hoc poculum, defluebat, quòd ſcilicet cor eius contremiſceret, eiúſque oſſa
B pari modo, & cor eius ſimile eſſet ceræ quæ in ventrem liquore diffluat: vt intelligamus patrem filium ſuum cauſa noſtra verè eſſe voluiſſe in his perturbationibus, nec dicamus eũ qui Dei filius erat, ab iis caſibus & miſeriis quibus opprimebatur, non eſſe liberatum. Illud quoque, Exaruerunt vt teſta vires meæ, & lingua mea faucibus meis adhæſit, quod antè dixi, ſilentium quo nulla in re vlli reſpondebat, cùm omnes doctores veſtros amentes eſſe oſtenderet, indicabat. Itémque illud, In puluerem mortis me redegiſti, quòd me canes venatoréſque multi circundederunt, & cœtus improborum me obſedit: Confoderũt manus meas & pedes meos, omniáque oſſa mea numerauerunt, Ipſi verò me conſyderauerunt & inſpexerunt: veſtimenta mea diuiſerunt inter ſe, & in veſte mea ſortem ie-
C cerunt, ſignificabat, quo eum mortis genere cœtus improborum condemnaturus eſſet. quos canes ac venatores vocat, quod dum facit, indicat eos qui venati eſſent etiam conueniſſe, ac dediſſe operam vt eum condemnarent: id quod accidiſſe in eius Apoſtolorum commentariis ſcriptum eſt. Hoc etiam docet, cùm in crucem actus eſſet, eos qui illum cruci ſuffixiſſent, eius veſtimenta diuiſiſſe inter ſe. Quæ autem deinceps ſequuntur in pſalmo, Tu autem Domine, ne differ auxilium tuum, attentus eſto ad me adiuuandum, Eripe è gladio animam meam, & ex manu canis vnicam meam. Serua me ex ore leonis, humilitatémq; meam ex monocerotum cornibus: pari modo rurſus ea quæ in eum caſura erant docebant
D & indicabant. Vnigenium enim rerum omnium parenti hunc eſſe, propriéque ab eo verbum & vim generatum eſſe, ac poſtea hominem ex virgine natum, quemadmodum ex commentariis diſcimus, antè expoſui: itémque eum morte crucis occubuiſſe demonſtraui. Hoc enim, Eripe è gladio animam meam, & ex manu canis vnicam meam, libera me ab ore leonis, & humilitatem meam à monocerotum cornibus, indicantis eſt eodem modo quo mortis genere moriturus eſſet, id eſt, crucis. Solius enim crucis cornua monocerotum figuram exprimere, vobis ſuprà expoſui. Quod autem petebat, vt anima ſua è gladio, ex ore leonis, & ex manu canis eriperetur, ac ſeruaretur, hoc petebat, vt nemo a-
E nimam ſuam dominatu teneret, vt cùm mors appropinquat, idem à Deo petamus qui inhoneſta omnia auertere poteſt, ne malus genius animum noſtrum rapiat. Manere autem animos vobis demonſtraui ex eo etiam, quòd Samuëlis animus ab ea quæ Pythone afflata erat, Saülis roga-

tu reuocatus eſt. Videntur autem omnes etiam animi eorum qui ita iuſti ſunt & prophetæ, in poteſtatem veniſſe talium virtutum, qualem fuiſſe in illa Pythoniſſa res ipſa declarat. Itaque hic docet nos etiam per filiũ ſuum, omni ratione contendere ne id fiat, & in morte petere, ne in tale dæmonium animi noſtri incidant. Etenim cùm in cruce ſpiritum ederet, dixit, Pater tibi in manus commendo ſpiritum meum, quemadmodum etiam hoc ex commentariis didici. Nam cùm diſcipulos ſuos cohortaretur, vt Phariſæorum vitæ rationem ſuperarent, ſin minùs, ſcirent ſe ſalutem non eſſe conſecuturos: hæc eum dixiſſe in commentariis ſcriptũ eſt, Niſi iuſtitia veſtra maior fuerit quàm Scribarum & Phariſæorum, in regnum cælorum non intrabitis. Eum autem cognoſſe patrem ſuum ſibi omnia quæ peteret, concedere, ſéque ab illo excitatum iri à mortuis, hortatorúmque omnes qui Deum timent, vt Deum laudarent, quòd per crucis in quam actus eſſet, myſterium, omnium qui crederent, miſertus eſſet: eundémque in medio fratrum ſuorum apoſtolorum conſtitiſſe, quos poſteà quàm ab inferis excitatus eſſet & ab eo adducti eſſent vt crederẽt, ipſum prædixiſſe ante mortem, hæc ſe perpeti oportere, eadémque prædicta eſſe à prophetis, pœnituit quòd ab eo defeciſſent, eúmque deſeruiſſent tum cùm cruci ſuffixus eſt, Deúmque ab eo laudatum eſſe, quo tempore cum eis viueret, reliqua pſalmi declarat oratio. Eſt autem hæc, Nomen tuum narrabo fratribus meis, in medio cœtu te laudabo. Qui Deum metuitis, eum laudate, ei omnes Iacobi poſteri gloriam tribuite. Omnes Iſraëlis poſteri eum vereantur. Quod etiam dixit Simoni, qui apoſtolorũ vnus erat, ſe illum vocaſſe Petrum, & ſcriptum eſt factum in eius commentariis, vnáque appellaſſe duos Zebedæi liberos Boanerges, id eſt, tonitru filios, ſe illum eſſe declarabat. Itaque cognomen Iſraëlis ei qui Iacobus appellabatur, impoſitum eſt, & Auſes Ieſus nuncupatus eſt, cuius vi nominis in regionem quæ patriarchis promiſſa fuerat, deductus eſt populus, qui reliquus erat ex ijs qui ex Ægypto exierant. Eum etiam ſtellæ inſtar oriturum ex Abrahami genere, Moſes prædixit his verbis, Orietur ſtella ex Iacobo, & dux ex Iſraële. Et alia ſcriptura ait, Ecce vir, Oriens nomen ei eſt. Cùm ergo orta eſſet in cælo ſtella, ſimul atque natus eſt, quemadmodum apoſtoli eius memoriæ prodiderunt, Magi Arabes cùm ex ea natum illum eſſe cognouiſſent, eum adoratum venerunt. Eundem tertio quàm mortuus eſſet die excitatum iri à mortuis, in commentariis ſcriptum eſt. Nam cùm veſtri cum eo diſputantes, dixiſſent, Oſtende nobis ſignum, eis reſpondit, Genus iſtud hominum prauum & adulterinum, ſignum petit, & ſignum eis, niſi Ionæ ſignum, non dabitur. Quæ cùm dixiſſet facile erat auditoribus intelligere, fore vt tertio quàm in crucem actus eſſet die ab inferis excitaretur. Idémque his verbis genus veſtrum deterius eſſe, & adulterum magis quàm Niniuitarum ciuitatem, docebat, qui cùm Ionam prædicentem audiuiſſent, poſteà quàm è ventre grandis piſcis tertio die eiectus eſſet, fore, vt tertio & quadrageſimo die poſt funditus delerentur, ieiunium omnibus prorſus animantibus, hominibus,

Luc. 23. Math. 5. Num. 24. Math. 12. Ion. 2. Ion. 3.

A B C D E

A nibus,rationiſque expertibus cum ſaccis, ingenti fletu,veráque ex animo pœnitentia, abiectis repudiatíſque vitiis prædicauerunt, quòd crederent, miſericordiæ plenum eſſe Deum, atque humanum in eos omnes, qui ſe à vitiis abſtrahunt: vt etiam rex eius ciuitatis omnéſque magiſtratus & optimates in ſaccis ieiunium continuarent,atque preces, tandémque impetrarint, ne ſua vrbs euerteretur. Quinetiam cùm Ionas acerbè ferret, non eſſe deletam tertio & quadrageſimo die ciuitatem, quemadmodum prædixiſſet,propter prouidentiam qua ex terra ei nata eſſet cucurbita,ſubter quã ſedens,contra æſtum tegebatur (erat autem cucurbita coloquintha repentina) cùm nec eam Ionas ſeuiſſet, nec irrigaſſet, ſed repentè nata ei vmbram præberet, quam verme corrodente ſtatim exaruiſſe moleſtè tulit Ionas: eúmque Deus,quòd iniuria doleret,non euerſam eſſe Niniuitarum vrbem, obiurgauit his verbis, Tu ob cucurbitam doluiſti, in qua non laboraſti,nec eam nutriiſti, quæ & vna nocte nata eſt,& ſub noctem interiit: & ego non parcam & ignoſcam Niniuæ magnæ vrbi, quã incolunt ampliùs centum viginti milia virorum, qui quid inter dextram & ſiniſtram ſuam interſit ignorant, & pecora multa? Atque hæc veſtri à Iona facta eſſe omnes ſciunt: Cúmque Chriſtus apud vos clamet, vobis daturum ſe eſſe Ionæ ſignum, hortetúrque vos,vt vel poſtquã ab inferis excitatus eſſet, eorum malorum ac ſcelerum quæ commiſiſtis vos pœniteat, eodémque modo quo Niniuitæ ad Deum clametis, ne gens

C vrbſque veſtra capiatur,deleatúrque vt deleta eſt:non modò non vos pœnituit, cùm eum à mortuis excitatum eſſe didiceritis, ſed quemadmodum antè dixi, viros delectos in totum orbem miſiſtis, qui prædicarent & nunciarent, ſectam quandam impiam & legibus contrariam excitatã eſſe à Ieſu quodam Galilæo impoſtore,quem cùm in crucem egiſſetis,diſcipuli ſui cùm furati eſſent in ſepulchro,in quo à cruce ablatus conditus fuiſſet, in errorem homines impellerent ac deciperent,quòd eum excitatum eſſe, & in cælum rediiſſe dicant, vóſque contradicendo eos docuiſſe: hæc ipſa in eos qui eum Chriſtum doctorem, Deíque filium eſſe profitentur apud omne genus hominum, impia, flagitioſa,& nefaria di-

D citis.Præterea capta vrbe veſtra,deſertáque regione,non ſolùm vos pœnitet horum ſcelerum, ſed etiam eum,eóſque qui in eum credunt,deteſtari minimè dubitatis. Nóſque vos & eos qui veſtra opera hæc de nobis exiſtimarunt,nullo odio proſequimur, ſed precamur,vt vel nunc omnes vos pœniteat,miſericordiámque à Deo rerũ omnium parente,qui magna miſericordia præditus eſt, conſequamini. Sed vt intelligatis gentes pœnitere ſcelerũ in quibus errore verſarentur,cùm de Verbo audiuiſſent ab eius Apoſtolis, quod perpeſſum eſſe mortem ab Vrbe Hieroſolyma prædicaſſent,pauca etiam verba proferre me ex Michææ vnius duodecim prophe-

E tía patimini.Sunt autem hæc,Erítque in fine dierũ manifeſtus mons Domini,paratus in vertice montium,elatúſque ipſe ſupra colles: ad eum populi properabunt, multǽque gentes proficiſcentur & dicent, Venite aſcendamus ad montem Domini & domum Dei Iacobi,& nobis viam ſuã

monſtrabit,incedemúſq; in eius ſemitis.Nam ex Sione lex exibit, & verbum Domini ex vrbe Hieroſolyma, atque inter multos populos iudicabit, gentéſque potentes longo locorum ſpatio & interuallo corripiet, Conflabunt lanceas ſuas in aratra,& haſtas ſuas in falces,nec gens in gentem gladium diſtringet, nec iam exercebuntur ad prælium.Vir ſubter vineam ſuam & ſubter ficum ſedebit,nec erit qui deterreat,propterea quòd os Domini exercituum locutum eſt. Omnes enim populi Deorum ſuorum nomine ambulabunt:nos autem Domini Dei noſtri nomine in perpetuum proficiſcemur.Illo die eam quæ oppreſſa erat,& eam quæ expulſa & quam afflixeram, colligam & congregabo : collocabóque eam quæ oppreſſa erat, in ijs qui reliqui fuerunt, & eam quæ deſperata erat, in gente robuſta: regnúmque & imperium in eos Dominus in monte Sione ex hoc tempore in perpetuum obtinebit. Cùm finem feciſſem, Doctores veſtros : inquam,ſcio fateri hæc verba omnia ad Chriſtum pertinere: hoc etiam,ſcio eoſdem nondum illum veniſſe dicere.Quem ſi veniſſe fateãtur,ignorari quis ſit: ſed cùm clarus & illuſtris erit,tum denique fore aiunt, vt quis ſit cognoſcatur: túmque ea euentura eſſe quæ in hac verborum comprehenſione continentur, quaſi verò fructus adhuc nullus ex verbis prophetiæ extiterit: quæ dicunt propterea quòd rationis expertes ſint,nec intelligant, id quod omnibus verbis & ſermonibus demonſtratum eſt, duos eius aduentus prædictos eſſe, vnum in quo patibilis, ſine gloria & honore eſſet,crucíque ſuffigeretur:alterũ in quo cum gloria ex cælis exhibebitur, cùm etiam homo deſertor, is qui etiam in altiſsimum arrogantiæ plena verba effutiet in terra,nefaria,& iniqua audebit in nos Chriſtianos, qui agnita ex lege & ex verbo,quod ab vrbe Hieroſolyma per Ieſu Apoſtolos nunciatum eſt,pietate ac religione ad Iacobi Deum, Iſraëlíſque Deũ confugimus : qui cùm tantùm bella, mutuas cædes, omnéque ſcelus redoleremus, ab omni regione bellica inſtrumenta, gladios in aratra,lãceáſque in ligones mutauimus, coluimúſque pietatem, iuſtitiam, humanitatem,fidem,& ſpem,in quam à patre per eum qui in crucem actus eſt,vocati ſumus, & ſubter vitem ſuam quiſque ſedemus,id eſt,vna vxore contenti.
Pſal. 127. Verbum enim Propheticum hoc dicere intelligitis,Et vxor eius vt vitis abundans. Illud etiam perſpicuum eſt, non eſſe in toto orbe qui terreat, & in ſeruitutem abducat eos qui in Ieſum crediderũt: præſertim cùm perſpicuum ſit,nos qui ſecuri ferimur,& in crucem agimur,obiicimúrque beſtiis, in vincula,& in ignem coniicimur, cæteríſque tormentis ſuppliciíſque omnibus afficimur,à profeſsione non deſciſcere,ſed quò acriora hæc ſupplicia adhibita fuerint, eò plures alij fidi & pij Ieſu nomine comparãtur.Quemadmodum ſi quis partes vitis quæ fructus tulerint,præcidat, vt alias frondes rurſus germinent,virentes eas, & fructuoſas reddit: ſic noſtri eadem eſt ratio & ſimilitudo. Vitis enim quæ à Deo & conſeruatore Chriſto ſata eſt, eius eſt populus. Quæ autem reliqua ſunt prophetiæ, in altero eius aduentu euenient. Eam enim quæ oppreſſa eſt, id eſt à mundo, quantum in vobis eſt, & à cæteris hominibus, non ſolùm Chriſtiani deturbati

A turbati, expulſique ſunt ex ſuis quiſque bonis & poſſeſsionibus, ſed ne in mundo quidem cuiquam Chriſtiano viuere conceditur. Vos autem hoc genti veſtræ accidiſſe dicitis: qui bello expulſi eſtis, iure quidem vobis hæc eueniunt, vt ſcripturæ omnes docent. Nos autem qui nihil tale fecimus, poſteà quàm Dei veritatem cognouimus, teſte Deo, cum Chriſto qui optimus eſt, & ſolus macula & culpa vacat, ex terra tollimur. Clamat enim Eſaias, Ecce vt iuſtus periit, nec quiſquam animo concipit, & cogitat: viríque boni & iuſti tolluntur, nec quiſquam conſyderat. Duos 57. Cap. etiam Chriſti huius aduentus ex ſignificatione fore, iam Moſis temporibus prædictum eſſe antè dixi, ſignificatione ac notatione hircorum B qui in ieiunio immolabantur: & rurſus ijs quæ Moſes atque Ieſus fecerũt, idem obſcura ſignificatione prædicebatur. Qui enim eorum manus porrigebat in colle, ad veſperum manebat, ſubleuatis manibus: quod rei nullius niſi crucis ſimulachrum præferebat. Qui autem mutato nomine Ieſus vocatus eſt, dux prælij erat, & Iſraël vincebat. Hoc autem in ambobus illis ſanctis viris, Deíque prophetis factum intelligi licebat, vtrunque myſterium ab vno eorum geri minimè potuiſſe, crucis dico figuram & figuram nominis. Vnius enim eorum hæc vis eſt, erat & erit, cuius etiam nomen principatus omnis metuit, acerbéque fert, ſe ab eo diſſolutum iri.

C Non igitur Chriſtus noſter, qui patibilis in crucẽ actus eſt, lege diris deuotus eſt, ſed ſolùm ſe ſalutem daturum eſſe ijs qui à terra ipſius interim non diſcedant, declarabat. Eos etiam qui in Ægypto ſeruati ſunt, tum cùm primigenij Ægyptiorum interierunt, Paſchatis ſanguis, quo vterque poſtis cum ſuperliminari perfuſus eſt, liberauit. Erat enim Paſcha Chriſtus, qui pòſt immolatus eſt, quemadmodum Eſaias expoſuit his verbis, Ipſe tanquam ouis ad cædem raptus eſt. Hoc etiam literarum ſanctarum 53. Cap. monumentis proditum eſt, vos eum die Paſchatis comprehendiſſe: itémque eum die Paſchatis cruci ſuffixiſtis. Vt autem eos qui erant in Ægypto, Paſchatis, id eſt, agni ſanguis liberauit, ſic etiam Chriſti ſanguis à morte eos qui crediderunt, liberabit. Futurum ergo erat vt Deus deciperetur, D niſi ſignum hoc in foribus adhibitum eſſet. hoc nòn dico, ſed prędictam eſſe ſalutem quam generi hominum ſanguis Chriſti allaturus eſſet. Signum enim coccinei purpureíque funiculi quem dederunt Hierichone ſpeculatores qui à Ieſu Nauæ filio miſsi erant, Raab meretrici, monentes eam vt eum deligaret ad feneſtram per quam ipſos demiſerunt, vt clàm inſciis hoſtibus abirent: pari modo ſignum Chriſti ſanguinis notabat, quo ij qui quondam conſtupratores & iniuſti erant ex omnibus nationibus, remiſsione ac venia peccatorum accepta, iam non peccantes, ſalutem adipiſcuntur. Vos autem hæc abiectè interpretantes, magnæ imbecillitatis E crimine condemnabitis, ſi ea ita tenuiter & exiliter audiatis, nec vim verborum exquiſieritis. Aliqóui Moſes etiam iſto modo contra legem feciſſe iudicari poterit, qui cùm vetuiſſet, ne cuiuſquam ſimilitudo fieret, neq; eorũ quæ in cælo, neque eorum quæ in terra aut in mari eſſent, poſteà ſerpentẽ æneum ipſe fecit: quem çùm ſignificationis cuiuſdam cauſa ſtatuiſſet,

eos qui morſu vulnerati erant,eum intueri iuſsit, iíque curabantur. Itáne A
verò ſerpens populum tum ſeruaſſe incolumem intelligetur,quem, vt antè dixi, principio Deus diris deuouit & deteſtatus eſt, magnóque gladio quemadmodum Eſaias ait, occidit? atque ita imprudenter hæc talia accipiemus, vt doctores veſtri aiunt, non ſigna? Nónne ad Ieſu qui in cruce actus eſt,ſimulachrum,ſignum referemus?præſertim cùm Moſes manuum porrectione cum eo qui Ieſu appellatus eſt nomine faceret, vt populus veſter etiam vinceret. Sic enim de ijs quæ lator legis fecit,dubitare deſinemus.Neque enim populo ſuaſit,vt in beſtia à qua violatio legis & inobedientia principium habuit,relicto Deo ſpem collocaret. Atque hæc cum magna intelligentia & myſterio geſta ſunt,dictáque à magno pro- B
pheta: nec eſt quicquam eorum quæ commemorata ſunt,aut geſta à quouis propheta, quod quiſquam veſtrum iure poſsit reprehendere,ſi ſenſum qui in eis eſt,habeatis cognitum. Si verò doctores veſtri, cur cameli fœminę hoc in loco non dicantur,aut quid ſint cameli fœminę quæ dicantur,aut cur ſimilaginis mẽſuræ tot,oleíq; tot menſuræ in ſacris ſolę offerantur,vobis exponunt,ídque abiectè atque exiliter: quæ autem magna grauiáque ſunt, egéntque diſputatione,nunquam audent dicere aut interpretari, vel etiam nobis interpretantibus, præcipiunt vobis ne vlla ex parte nos audiatis, atque nobiſcum conferatis ac diſputetis: an non iure C
Matth.23. audient,quæ in eos Dominus noſter Ieſus Chriſtus dixit,Sepulchra dealbata,qui extrinſecus pulchri videmini,intus autem pleni eſtis oſsium mortuorum,qui mentæ decumam pręcipitis,camelum verò deuoratis, duces cæci? Quòd ſi decreta eorum qui ſe laudibus efferunt, magiſtríque dici volunt,minimè contempſeritis, atque eam animo affectionem ad libros prophetarum attuleritis,vt eadem à veſtris hominibus perferatis, quæ etiam prophetæ ipſi perpeſsi ſunt:nullum omnino fructum, nullámq; vtilitatem ex prophetarum dictis capere poteſtis. Quod autem dico, eiuſmodi eſt. Ieſum,vt antè dixi, qui ſæpe Auſes dicitur,is qui cum Chalebo ſpeculator in terram Chananæorum miſſus eſt,Ieſum Moſes vocauit.Hoc tu non quæris,quam ob rem fecerit,non ambigis,non cupis diſcere. Itaq; D
Chriſtum ignoras,& legens non intelligis,neque nunc cùm Ieſum Chriſtum noſtrum eſſe audis, cogitas, & concludis non ſine cauſa nec temerè illi hoc nomen impoſitum fuiſſe:ſed cur vnum A priori Abrahami nomini additum ſit,diſſeris, itémque qua de cauſa vnum R additũ ſit Sarræ nomini,compta oratione diſputas. Cur autem Auſæ nomen quod à patre habuit Nauæ filius,totum in Ieſu nomen mutatum ſit,non quæris.Pari modo cur non ſolùm eius nomen mutatum ſit,ſed etiam cùm in Moſis locum ſucceſsiſſet,cur ſolus eorum qui ex Aegypto id ætatis qua erat, exierant,in terram ſanctã populũ deduxerit.Atq;vt ille populũ in terrã ſanctã introduxit,nõ Moſes,atq; vt idem hæreditario iure eã inter eos qui ſecũ introierãt,diuiſit:ſic etiã Ieſus Chriſtus populi diſperſionẽ cõuertet,bonámque terrã viritim diuidet.quanquã non iam eodẽ modo. Ille enim hæreditatem quę ad tẽpus duraret eis dedit,quòd nec Chriſtus Deus eſſet,nec Dei F
filius

A filius. Hic autem poſt ſanctam reſurrectionem æternam nobis dabit poſſeſsionem. Solem inſiſtere fecit ille qui Ieſu nomine prior appellatus eſt, accepítque vim ab eius Spiritu. Ieſum enim eſſe qui Moſi, Abrahamo, aliíſque patriarchis omnibus apparuerit, & cum eis collocutus ſit, cùm patris voluntati morem gereret, docui. Eundem etiam veniſſe vt homo ex virgine Maria naſceretur, atque ſemper eſſe, deinceps docebo. Hic enim eſt, à quo Pater cælum & terram, & per quem renouatutus eſt: hic eſt qui Hieroſolyma æterno lumine illuſtraturus eſt: hic eſt ordinis Melchiſedeci rex pacis, perpetuúſque altiſsimi ſacerdos. Ille altera circunciſione cultris lapideis populum conſignaſſe dicitur: quod
B quidem prædictio erat circunciſionis eius, qua nos ipſe Ieſus Chriſtus à lapidibus, cæteríſque ſimulachris cùm eos qui præputio præditi erãt, collegiſſet, id eſt, à mundi errore, atque in omni loco circunciſi eſſent petrinis gladiis, id eſt, Ieſu Domini noſtri ſermonibus. Lapidem enim ac petram Chriſtum ex ſimilitudine à prophetis prædictum appellatúmque eſſe demonſtraui. Gladios ergo lapideos eius verba accipiemus, quibus tot homines qui erant præputio præditi, cùm in errore verſarentur, cordis animíque circunciſione ornati ſunt, qua vt circunciderentur iam tum per Ieſum Deus monuit, eos etiam qui eam habebant quæ ab Abraha-
C mo principium duxit circunciſionem. Dixi etiam eos qui in terram illam ſanctam introierunt, à Ieſu circunciſos eſſe lapideis gladiis. Aliquando enim Spiritus ſanctus aliquid apertè fieri ac geri voluit, quod ſimulachrum & figura erat rei futuræ: Interdum autem verba de iis quæ euentura erãt, locutus eſt, ſic ea proferens quaſi tum euenirent, aut iam eueniſſent: quã artẽ niſi teneant ij qui in prophetarũ libris verſantur, nec aſſequi quidem eorum verba, vt decet, poterunt. Exempli autem cauſa verba quædam prophetica proferam, vt id quod dicitur aſſequamini. Cùm ait per Eſaiam, Tanquam ouis ad cædem ductus eſt, & vt agnus coram tondente, quaſi mors iam prætierit, loquitur. Et cùm rurſus ait, Ego porrexi manus meas populo incredulo & repugnanti, atque illud, Domi-
D ne, quis credidit auditui noſtro? iam rerum pręteritarum narrationem verba quæ ſignificabant, facta ſunt. Etenim ex ſimilitudine lapidem multis locis Chriſtum vocari docui, & ex tropologia, Iacobum & Iſraëlem. Rurſus cùm ait, Videbo cælos opera manuum tuarum, niſi eius verborum vim audio, non intelligenter audiam, quemadmodum doctores veſtri volunt, qui manus, pedes, digitos, & animum, vt concretum animal, rerum parentẽ, ingenitúmque Deum habere cẽſent: ijdémque ob eam cauſam Abrahamo, & Iacobo ipſum Patrẽ apparuiſſe docent. Beati ergo nos, qui altera circunciſione cultris lapideis circunciſi ſumus. In veſtra enim priore ferrũ
E adhibitum eſt, & adhibetur: in cordis enim & animi obſtinatione permanetis: noſtra autẽ quę poſterior numero poſt veſtram extitit, lapidibus qui extrema ex parte exciſi ſunt, id eſt verbis quæ ab apoſtolis angularis lapidis qui manibus exciſus nõ eſt, facta ſũt, nobis cultũ religionémq; ſimulachrorum, omnéque vitium amputat: quorum corda ita circunciſa ſunt & libera

ab omni improbitate,vt etiam iuuet nos mori pulchri lapidis cauſa & no- A mine: viuáque aqua eorum in cordibus qui per eum,rerum omnium parentem amant,manat, propinátq; iis qui aquam vitalē volūt.Sed vos hęc cùm dixit,nō intelligitis.Quæ enim prophetæ Chriſtum facturū eſſe prædixerunt,non intellexiſtis:neq; nobis qui vos ad ea quæ ſcripta ſunt, adducimus,fidem habetis.Hieremias enim ita loquitur,Væ vobis,quòd fontem viuum reliquiſtis,& vobis ciſternas ruptas fodiſtis, quæ aquā continete non poterunt. Ne deſertus ſit vbi eſt Sion mons, quòd Hieroſolymis librum repudij coram vobis dedi.Sed Zachariæ in parabola Chriſti myſteriū explananti,obſcuréq; prædicanti credere debetis.Sunt autē hæc

Zach.2. quæ ait,Gaude & lætare filia Sion: quòd ecce venio,& in medio tui habitabo,dicit Dominus,& adiungentur gentes multæ Domino die illo, erunt mihi populus,& in medio tui habitabo, méq; à Domino exercituū ad te miſſum eſſe cognoſcēt.Hęreditarióq; iure Dominus Iudā poſsidebit, B

3.Cap. & partē eius in terra ſancta,atq; Hieroſolyma etiam eliget.Timeat caro omnis Domini cōſpectū,quòd ex ſanctis ſuis nubibus excitatus eſt.Mihíq; oſtendit Ieſum ſacerdotē magnum,qui ante angeli conſpectū ſtabat:diabolúſque ad dextram eius conſtitit,vt ei aduerſaretur.Dixítque Dominus diabolo,Obiurget te Dominus,qui Hieroſolyma elegit. Nónne hic quaſi torris ex igne euulſus eſt?Cùm Tryphon hoc loco mihi reſponſurus & contradicturus eſſet,Primùm,inquam,mane & audi quæ dico.Non enim hoc C ita ſum interpretaturus,vt tu exiſtimas,quaſi non fuerit ſacerdos quidam Ieſus nomine in agro Babylonico, in quo captiuus fuit populus veſter: quod ſi facerem,docerem Ieſum in genere veſtro ſacerdotem fuiſſe,quem tamen non in viſione & reuelatione ſua vidit propheta,quemadmodum nec diabolum, & Domini angelum oculis ſuis cùm in ſuo ſtatu eſſet,vidit,ſed cùm extra ſe eſſet,re ei patefacta.Nunc autem hoc dico,vt Ieſu nomine Nauæ filium,& virtutes & res quaſdam, quæ res quas Dominus noſter facturus erat prædicerent,geſsiſſe dixi:ſic nunc doceo eam quę temporibus Ieſu ſacerdotis Babylone patefactio extitit,prædictionem eſſe eorum quæ à ſacerdote noſtro & Deo & Chriſto rerū omnium parentis filio gerenda erant.Iam autem mirabar,quid eſſet,quamobrem paulò antè D dicente me tacueritis, aut cur me non correxeritis, cùm dixiſſem, Nauæ filium æqualium qui ex Ægypto exiiſſent,ſolum in terram ſanctam ingreſſum eſſe, atque ſenes qui ſcripti ſunt illius generis. Muſcarum enim inſtar ad vlcera cōcurritis & inuolatis.Nam ſi quis de rebus innumerabilibus præclarè dicat,vna autem parua quæuis vobis grata non ſit,aut non intellecta,aut non diligenter & ſatis, multas præclaras contemnitis,verbum autem vnum corrigitis, ídque vt impietatem & piaculum reſtituere ſtudetis, vt eodem paríque iudicio à Deo condemnati, multò magis magnarum temeritatum, ſiue ſceleratorum factorum,ſiue vitioſarum interpretationum rationem reddatis.Quo enim iudicio iudicatis,eo vos æquum eſt iudicari. Sed vt rationem vobis Ieſu Chriſti ſancti patefactionis afferam, ſermonem altiùs repeto, atque hoc dico, illam etiam ſiue F enuntia-

A enunciationem, ſiue patefactionem (reuelationem alij appellant) cauſa noſtra qui in Chriſtum hunc pontificem qui in crucem actus eſt credimus, extitiſſe, qui cùm in ſtupris, omníque ſordida actione verſaremur, Ieſu noſtri, eius patris voluntate, conceſſu & munere, ſordes omnes, id eſt, mala quibus cooperti & amicti eramus, exuimus: quibus diabolus qui omnes ad ſe ipſe trahere cupit, ſemper repugnans infeſtus eſt: Angelúſque Domini, id eſt, vis diuina ad nos Ieſu benignitate miſſa, eum obiurgat, & à nobis fugat. Et quaſi ex igne auulſi ſumus, & à priſtinis ſceleribus expiati, & à malis & incendio quo nos diabolus eiúſque miniſtri omnes vrunt & incendunt, ex quibus rurſum nos extrahit Ieſus Dei filius, ſéque & amicturum nos paratis veſtibus, ſi eius præceptis pareamus, pollicitus eſt, B & æternum regnum nobis daturum promiſit. Quemadmodum enim Ieſus ille qui à propheta ſacerdos dicitur, ſordidis veſtibus amictus apparuit, propterea quòd ipſe vxorem meretricē accepiſſe dictus eſt, torríſq; auulſus ab igne appellatus eſt, quòd veniam peccatorũ accepit, obiurgato etiã eius aduerſario diabolo: ſic nos & ij qui Ieſu nomine vt vnus homo omnes futuri ſunt, propter rerũ omnium parentem Deũ, vnigenii eius filii nomine ſordidis veſtibus, id eſt, peccatis exutis & detractis, illius vocationis verbo inflãmati & incenſi, pontificium ſacerdotaléq; verum genus ſumus, vt etiã Deus ipſe teſtis eſt, qui ait, In omni loco in gentibus hoſtias acceptas gratáſq; immolari. Neq; verò à quoquã hoſtias Deus accipit, niſi à ſuis ſacerC dotibus. Itaq; omnia ſacrificia quæ ſuo nomine faciẽda Ieſus Chriſtus tradidit, id eſt, in Euchariſtia panis & poculi, quæ in omni loco à Chriſtianis fiũt, præoccupatione vſus Deus, ſibi grata eſſe teſtatur. Quæ autẽ à vobis veſtríſq; illis ſacerdotibus fiunt, improbat his verbis, Sacrificiáq; veſtra è manibus veſtris non accipiam: quòd ab oriente ſole ad occidentẽ nomẽ meum gloria affectũ eſt, ait, in gentibus: vos autẽ illud deteſtamini. Vos adhuc ſtudio concertãdi hoc dicitis, ea ſacrificia quæ Hieroſolymis tẽporibus Iſraëlitarũ qui tum illic habitabant, fierent, Deũ non approbare: preces autem illius generis hominũ, qui tum diſperſi eſſent, eundẽ ſibi acceptas eſſe dixiſſe, eorúmq; preces, ſacrificia vocare. Preces quidem & graD tiarũ actiones bonorũ, perfectas ſolas eſſe, & Deo gratas hoſtias, ego quoq; concedo. Hæc enim ſola facienda acceperũt Chriſtiani, in aridi humidíque ſui cibi cõmemoratione, in quo etiam mortis quã per ſe perpeſſus eſt Deus Dei filius memoria recolitur, cuius vt nomen in omni terra cõtaminaretur, & dedecore afficeretur, ſacerdotes doctoréſq; veſtri perfecerũt: quas ſordidas veſtes, quibus amicti ſunt à vobis ij qui à Ieſu nomine Chriſtiani effecti ſũt, à nobis detractas eſſe Deus oſtẽdet, cùm omnes excitabit, & alios quidem in æterno indiſſolubilíq; regno ab omni interitu, morte, doloréq; liberos ac ſolutos collocabit: alios autẽ in ignem ęternũ ſupplicij cauſa mittet. Captare aũt ac decipere voſmetipſos & vos & doctores veſtros, qui ita ĩterpretamini E locũ quẽ modò protuli, vt dicatis eorũ qui tũ ex genere veſtro diſperſi eſſẽt, preces & hoſtias mũdas, gratáſq; in omni loco fieri teſte ſcriptura: vos inquã, in eo falli & dare operã, vt omni ex parte voſmetipſos captetis, cognoſcite.

Malach. 1.

Primùm quidem ne nunc quidem ab exortu ſolis ad occaſum genus veſtrũ A
pertinet, ſed nationes ſunt, in quibus nemo adhuc generis veſtri habitauit. Neque enim vllum eſt omnino genus hominum, ſiue Barbarorum, ſiue Græcorum, ſiue eorum qui quouis nomine appellantur, aut eorum qui plauſtris pro domibus vtuntur, aut eorum qui domorum vſum non norunt, vel in tabernaculis eorum qui pecora paſcunt, habitant, apud quos non Ieſu, qui cruci ſuffixus eſt, nomine preces & Euchariſtiæ rerum omniũ parenti & effectori fiant: cùm certò ſciant tũ cùm hoc Malachias propheta dicebat, nondum vos in omnes orbis regiones & loca, vt nunc eſtis, diſperſos fuiſſe, quemadmodum etiam ſcripturæ docent. Quapropter ſtudium concertandi potiùs deponite, vóſque pœniteat antè quàm dies magnus iudicij veniat, in quo præ vi doloris ſemetipſos diſcerpent omnes ſce- B
leſti generis veſtri, qui hunc Chriſtum confoderunt, ſicuti prædictum à ſcripturis docui. Illud etiam, Iurauit Dominus, ordinis Melchiſedecini, quod antè prolatum eſt, quid eſſet, expoſui. Hoc præterea dixi, Eſaiam prophe-
Eſa. 53. tam de Chriſti ſepultura & reſurrectione locutum eſſe his verbis, Sepultura eius ſublata eſt de medio. eundémque pluribus docuí, viuorum mortuorúmque omnium futurum iudicem. Nathan etiam de hoc apud Daûidem locutus eſt his verbis, Ego ei pro patre erò, & ipſe erit mihi pro filio, miſericordiámq; meam ei non adimam, quemadmodum eis qui eum anteceſſerunt, ademi: eum domi meæ, & in regno ſuo in perpetuũ collocabo. Atq; etiam Ezechiel ducem domus non alium, niſi hunc ipſum ſignificat. C
Hic enim eximius ac præcipuus eſt ſacerdos, perpetuúſq; rex, Chriſtus, vt Dei filius: cuius in altero aduentu nolite putare Eſaiam dicere aut alios prophetas, ſacrificia cruenta vel libationes in ara offerri, ſed veras ſpiritaléſq; & laudes & gratiarũ actiones. Nec verò temerè in hunc credidimus, aut ab ijs qui nos ita docuerunt, captati ſumus, ſed hoc mira Dei prouidentia geſtum eſt, vt vos qui habemini, nec eſtis Dei ſtudioſi atq; ſapientes, ſapiẽtia & religione per nouam vocationem teſtamentúmq; ſempiternũ, id eſt Chriſtũ,
52. Cap. inueniamur vincere. Hoc admirans Eſaias, dicebat: Continebũntq; reges os ſuum, quòd ij quibus ille nunciatus non eſt, videbũt, & qui non audie-
53. runt, intelligent. Domine quis credidit auditu noſtro, brachiúmque Do- D
mini cui patefactum eſt? Hæc dicens, Vt poſſum, inquam, Tryphon, hæc eorum qui hodie tecum venerunt cauſa conor dicere, breuiter tamen, & præciſè. Rectè facis, inquit, quæ ſi eadem pluribus etiam rurſus dicas ac diſſeras, ſcito me atque eos qui ſimul audiunt, ex eo percepturos voluptatem. Ego rurſus, Putatíſne vnquam nos poſſe intelligere, niſi eius qui voluit conceſſu ac munere ea intelligendi cauſa perceperimus? vt eueniat
Deut 32. id quod à Moſe dictũ eſt, Concitauerunt me alienis Diis, & flagitiis ſuis me iritauerunt. Immolauerunt Dæmoniis quæ ignorabant: noui recentéſque venerunt, quos patres eorum non norunt. Deum qui te genuit, deſeruiſti, oblitúſque es Dei, qui te alit. Vidit Dominus, & concitatus eſt, concita- E
tus eſt propter filiorum filiarúmque ſuarum iracundiam. Et ait, Auertam ab eis faciem meam, oſtendámque quid tandem eis euenturum ſit.

Genus

A Genus enim peruerſum eſt, filij in quibus nulla eſt fides. Ipſi me eo qui Deus non eſt concitauerunt, me ſimulachris ſuis exacuerunt. Ego quoque eos eo qui non eſt populus iritabo, & gente ſtulta eos cōcitabo. Ignis enim ex ira mea exarſit, ardebítque vſque ad inferos: terram fructúſque eius depaſcet, ac montium fundamenta comburet: mala in eos colligam. Et poſteà quàm iuſtus ille interfectus eſt, nos alius populus orti ſumus, nouæque ſpicæ ac virentes germinauimus, quemadmodum prophetę dixerunt, Diéque illo gentes multæ ad Dominum confugient, erúntque populus meus, & in vmbilico vniuerſæ terræ habitabunt. Nos autem nō ſolùm populus ſumus, ſed etiam populus ſanctus, quemadmodum iam à nobis demonſtratum eſt, Vocabúntq; eum populū ſanctū, qui à Domino
B redemptus eſt. Non igitur abiectus populus ſumus, nec gens barbara, nec quales gentes ſunt Cares aut Phryges, ſed nos Deus elegit, eíſque apparuit, qui eum non interrogabant. En Deus ſum, inquit, genti, id eſt, ijs qui nomen meum non inuocauerant. Hęc enim gens ea eſt quam Deus olim Abrahamo pollicitus eſt, pátrémque multarum gentium eum ſe poſiturum ac facturum eſſe promiſit: Non Arabum, non Ægyptiorum, neque Idumæorum gentes intelligens. Nam & Iſmael magnæ gentis parens extitit, & Eſau: Amanitanorúmque etiam nunc magna eſt multitudo. Nochus autem & ipſius Ahrahami parens erat, & vnó nomine hominum omnis generis: aliíque aliorum maiores fuerunt. Quódnam
C hîc munus amplius ac maius Abrahamo Deus conceſsit? Quòd eum ſimilis vocationis verbo vocauit, cùm ei imperauit, vt è terra & loco quē incoleret, exiret. Nos quoque illa voce vócauit, iámque ab eo viuendi genere deflexímus, quod ſequebamur cùm more inſtitutóque aliorum terræ incolarum iniuſtè flagitioſéque viueremus, & cum Abrahamo terræ ſanctæ hæreditatem adibimus, infiniti temporis hæreditatem adepturi, quòd Abrahami filij ſimus, fidei imitatione & ſimilitudine. Vt enim ille Dei voci credidit, eíque iuſtitiæ tributum eſt: ſic etiam nos qui Dei voci, quæ rurſus per Chriſti Apoſtolos miſſa eſt, & ei quæ per pro-
D phetas nobis prædicta eſt & nunciata, credidimus, propoſita etiā morte eis quæ in mundo ſunt, nuncium remiſimus. Simili ergo fide gens prædita, & pia quæ iuſtum patrem lætificat, ei promittitur, non vos, in quibus nulla eſt fides. Videte etiam vt & Iſaaco, & Iacobo eadem promittat. Iſaacum enim alloquitur hoc modo, Et benedictionem per ſemen tuum omnes terræ nationes adipiſcentur. Iacobo autem, Benedictionémque per te ac ſemen tuum omnes gentes terræ accipient. Non etiam hoc Eſau, neque Ruben ait, neque vlli alij, ſed illis, ex quibus Chriſtus naſciturus erat, ea quæ per virginem Mariam adhibenda erat diſpenſatione. Quòd ſi Iudæ etiam benedictionem conſyderes, videre poſsis quæ dico. Diuiditur enim
E ſemen ex Iacobo, & per Iudam, Phares, Ieſſæ, Dauidémq; deſcendit. Hæc porrò ſignificabāt fore, vt nonnulli generis veſtri Abrahami filij inuenirētur, qui etiam ad Chriſtum pertinerent: alii autem Abrahami quidem filij eſſent, ſed arenę quæ in maris litore eſt, numerum æquarent, quæ quidem

arena ſterilis eſt, & ſine fructu, multa eſt & innumerabilis, nullũ verũ fructũ A
ex ſe gignit, ſed tãtũ aquã maris haurit. Id quod magnã hominũ multitudinẽ
in genere veſtro coarguit, qui acerbitatis & impietatis doctrinã arripiunt,
Dei autem verbum repudiant. Ait enim in Iuda, Non deficiet princeps ex
Iuda, & dux ex eius femoribus, quoad is cui repoſitum eſt, venerit: iſq;
erit ſpes gentium. Hoc non de Iuda, ſed de Chriſto dictum eſſe conſtat.
Iudam enim omnes qui à gentibus omnibus genus ducimus, nõ expectamus,
ſed Ieſum eum qui etiam maiores veſtros ex Aegypto eduxit. Nam
vſque ad Chriſti aduentum prophetia prædicabat, Dum venerit is cui repoſitum
eſt, & ipſe erit gentium expectatio. Venit ergo Ieſus, quemadmodum
etiam multis locis docuimus, ſpéſque eſt eum fore iterum ſupra
nubes, cuius nomen & contaminatis ipſi, & facitis vt in omnibus locis contaminetur. B
Poteram autem vobiſcum de verbo pugnare, quod vos interpretamini,
cùm ſcriptum eſſe dicitis hoc modo, Quoad venerint ea quæ ei
repoſita ſunt, quandoquidem non ita interpretati ſunt ſeptuaginta interpretes,
ſed, Quoad is cui repoſitum eſt, venerit. Sed quoniam conſequentia
de Chriſto dictum eſſe indicant, (ita enim habent, Iſq; erit gentium expectatio)
non eò vt vobiſcum de vocabulo diſputarem, quemadmodũ nõ
ex ſcripturis quæ à vobis minimè cõceduntur, quas etiã protulerim, ſed ex
Hieremię prophetę, Eſdrę, Dauidiſq; libris probationes de Chriſto ſtudui
depromere, quæ à vobis adhuc conceduntur: quas ſi intellexiſſent doctores
veſtri, eas profectò, vt probè noſtis, ſuſtuliſſent, quemadmodum ea quę C
de Eſaiæ morte feruntur, quem lignea ſerra ſecuiſtis: quod etiam myſteriũ
eſt Chriſti, qui genus veſtrum in partes duas diuiſurus eſt, ita tamen, vt eos
qui digni erunt, vnà cum ſanctis patriarchis & prophetis æterno regno dignaturus
ſit, alios in ignis æterni ſuppliciũ, cũ ſimilibus perfidis & immutabilibus
ab omnibus gentibus miſſurũ ſe iam dixerit. Venient enim, in-
Mat.8. quit, ab oriente & occidente ſole, accumbéntque cum Abrahamo, Iſaaco,
& Iacobo in regno cælorum: filij autem regni in tenebras exteriores
eiicientur. Atq; hæc dixi, inquam, omnino, quòd nullius metu deterritus,
liberè quod verum eſt profitear, & nullius metu deterrendus ſim, etiã ſi hîc
me ſtatim vos diſcerpturi ſitis. Neq; enim generis mei, ideſt, Samaritanorũ D
quemquã metui, cũ ſcripto Cæſarẽ cõueniens eos errare dixi, quòd Simoni
Mago, qui Samaritanus erat, crederẽt, quẽ Deũ omni principatu, poteſtate
atq; virtute maiorem eſſe contenderent. Cúmque tacerent, hoc addidi ex
Dauide cùm de hoc Chriſto diceré, Nõ iam eius ſemine, ſed per eũ dixit
fore vt gentes benedictionem acciperẽt. Ibi autẽ ita eſt, Nomẽ eius in perpetuum
manet, ſupra ſolem orietur, omnéſq; gentes per eũ benedictionẽ
conſequentur. Quòd ſi per eum gentes omnes benedictionem accipiunt,
& ex omnibus gentibus in eum credimus, profectò & ipſe Chriſtus eſt, &
nos ij qui per eum benedictionẽ acceperũt. Ac ſolem quidem Deus antea E
dederat, vt eũ adoraret, vt ſcriptũ eſt, nec quenquã videre licet qui mortem
propter ſuã in ſolẽ fidẽ perpeti voluerit. Ieſu autẽ nomine ex omni hominũ
genere videre poſſumus, & qui voluerunt, & qui volunt perpeti omnia,
potius

A potius quàm eum negent & repudient. Ignitus enim magis eſt eius veritatis & ſapientiæ ſermo, magíſque illuſtrat, quàm vis ſolis, & in intimas cordis mentíſque partes penetrat. Vnde etiam ſcriptura ait, Super ſolem eius nomen orietur. Et rurſus Zacharias ait, Oriens eſt nomen eius. Et de eodem loquens, Plangent tribus per tribus & familias. Quòd ſi in priore ſuo aduentu, qui fuit ſine honore, ſine pulchritudine ac dignitate, contemptúſque eſt, tanto ſplendore atque poteſtate præſtitit, vt eum nullũ genus hominum ignoret, & omnes flagitioſę vitę quam in quouis genere olim degebant, pœniteat, vt & dęmonia eius nomini ſubiiciantur & obediant, & omnes principatus atque regna eius nomen vehementiùs quàm mortuorum omnium, timeãt: quãto magis omni ex parte in claro ſuo aduentu eos qui ſe oderunt, & qui iniuria à ſe defecerunt, delebit? ſuos autem reficiet, bonis omnibus tributis quæ expectabant? Nobis igitur datũ eſt, vt & audiamus & intelligamus & ſalutem cõſequamur per hũc Chriſtum, eáque omnia quę Patris propria ſunt, cognoſcamus. Ob eámque cauſam ei dicebat, Magnum tibi eſt atq; honorificũ, quòd puer meus vocatus es, quòd tribus Iacobi exhibebis, populúmque Iſraeliticũ qui diſperſus eſt, conuertes. Poſui te lucem gentium, vt ſis eis ſaluti, ad exrremum orbis. Hæc vos quidem de Geora & aduenis dicta eſſe cenſetis: re autem vera de nobis qui per Ieſum illuſtrati ſumus, dicta ſunt. Illis enim etiam Chriſtus teſtimonium dixiſſet. Nunc autẽ dupliciter geennę filij, quemadmodum ipſe dixit, eſtis. Non igitur ad illos verba prophetarum pertinent atque referuntur, ſed ad nos, de quibus ſcriptura dicit, Ducam cęcos via quam ignorant, & ſemitas quas non norunt, calcabunt & terent, & ego teſtis, ait Dominus Deus, & puer meus quem elegi. Quibus tandem teſtimonium Chriſtus dicit? certè iis qui crediderunt. Aduenæ autẽ non modò non credunt, ſed duplo etiam grauioribus maledictis quàm vos eius nomen vexant & afficiunt, nóſque qui in eum credimus, & interficere volunt & verberare. Vobis enim omni ex parte ſimiles eſſe ſtudent. Rurſus alio loco clamat, Ego Dominus te vocaui in iuſtitia, manúmque tuam tenebo, téque & corroborabo & generis mei pactũ & teſtamentũ, lucémque gentiũ conſtituam, vt cæcorum oculos aperias, & compeditos ac vinctos ex carcere educas. Quoniam hæc & cum Chriſto loquitur, & de gentibus quæ illuſtratæ ſunt intelliguntur, an hoc rurſum dicetis, hæc legi dicit, & de aduenis intelligit? Cùm nonnulli eorum qui poſtero die venerant, quaſi in theatro reclamarent, Sed quid eſt quamobrem nõ hæc legi dicat, atque de iis intelligat, qui ab ea illuſtrati ſunt, cuiuſmodi ſunt aduenæ? Non, inquam Tryphonem intuens, alióqui ſi lex poterat gentes eóſq; qui eam habebãt, illuſtrare, quis vſus erat noui teſtamẽti? Cùm nouũ teſtamentum, legémque perpetuam, & præceptum Deus miſſurum ſe eſſe prædicauit, non veterem legem eóſque qui ad eam accedunt, audiemus, ſed Chriſtum eiúſque aduenas, nos gentes, quos illuminauit, quemadmodum alicubi ait, Sic ait Dominus, Tẽpore accepto & opoi tuno te audiui, & in die ſalutis tibi auxilium tuli, téque dedi teſtamentum gentium, vt

Eſa.6. *Za.12.* *Eſa.49.* *Math.23.* *Eſa.42. & 43.* *Eſa.42.* *Eſa.43.*

(Margin letters: B beside "uentu eos qui ſe oderunt"; C beside "admodum ipſe dixit"; D beside "tuam tenebo"; E beside "prædicauit".)

terrã conſtitueres deſertáſque hæreditate poſsideres. Quænam eſt Chriſti hæreditas? nónne gentes? Sicuti alio loco ait, Filius meus es tu: ego te hodie generaui. Poſtula à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam, poſſeſsionemque tuam terræ terminos. Vt igitur Chriſto de gentibus hæc dicta ſunt omnia, ſic illa etiam dicta exiſtimatote. Nihil enim aduenis teſtamento opus eſt, ſi vna eadémque lege omnibus qui circuncisi ſunt, lata, de illis ita ſcriptura dicat, Adiungetúrq; ad eos etiam Geora, & ad familiam Iacobi addetur. Quódq; aduena qui circunciſus eſt, eo ipſo quòd ad populum adiunctus eſt, pro indigena habetur: nos autem qui populi nomine digni habiti ſumus, pari ratione gentes ſumus, propterea quòd circũciſi non ſumus. Præterea ridiculum eſt etiã vos exiſtimare aduenarũ ipſorum apertos eſſe oculos, noſtros autem non item: nóſque qui cęci ſumus & muti, audire: illos verò qui illuſtrati ſint. Atque vt hoc ipſum ridiculum vobis magis euenturum eſſe intelligatis, ſi gentibus legem datam eſſe dicetis, vos ne illam quidẽ legem cognitam habuiſtis. Dei enim iram timuiſſetis, filiíque ſceleſti & flagitioſi ac nutantes, nunquam adducti eſſetis eò, vt ſemper eum dicentem audiretis, Filij, in quibus nõ eſt fides. Ecquis cęcus, niſi pueri mei? & muti, niſi ij qui eis pręſunt? & excæcati ſunt ſerui Dei. Si verò ſæpe aures etiam veſtras patentes non cuſtodiſtis, nec audiuiſtis, num honeſta præclaráque eſſet laus quam Deo tribueretis, & Dei teſtimonium ſeruos deceret, nullo pudore hæc audientes plerumque afficimini, nec Dei minæ horrore ac tremore vos implẽt, ſed populus ſtultus obſtinatáq; mente eſtis. Ob id addam vt populum iſtum transferam, ait Dominus, transferámque eos, ſapientiámque ſapientũ perdam, doctorúmque ſcientiam abſcondam. nec iniuria. Neque enim ſapientes eſtis, neque docti & intelligentes, ſed acuti & veteratores: ſapiẽtes ad mala committenda tantũ, ad abſtruſum Dei conſilium intelligendum, vel fidele Domini teſtamentum, aut ſemitas æternas inueniendas inepti. Itaque, Excitabo, inquit, Iſraëli & Iudę hominum ſemen, & ſemen pecorũ. Per Eſaiam quoq; de alio Iſraële loquitur, hoc modo, Die illo erit tertius Iſraël apud Aſſyrios & Ægyptios benedictus in terra, cui Dominus exercituũ benedixit, dicens, Benedictus erit populus meus, qui eſt in Ægypto, & qui apud Aſſyrios, eſt Iſraël hæreditas mea. Cùm Deus benedicat, Iſraëlémque hunc populum appellet, eúmque hæreditatem ſuam clamet eſſe, quid eſt quamobrem non vos pœniteat, quòd voſmetipſos decipitis, tanquàm ſoli Iſraël ſitis, & quòd benedictum Dei populum deteſtamini? Etenim cùm Hieroſolyma finitimáſque regiones alloqueretur, rurſus his verbis vſus eſt, Gignámque in vobis homines populum meum Iſraëlem, vóſque hæreditario iure poſsidebunt, eorúmque eritis poſſeſsio, nec iam addetis vt eis orbati ſitis. Quid ergo? inquit Tryphon, vóſne Iſraël eſtis, ac de vobis hæc dicit? Si, inquã, nos de his multa verba feciſſemus, dubitarem etiam, num hoc non intelligens, rogares. Nunc cùm & demõſtratione & aſſenſu hanc quæſtionem cõcluſerimus, te ea quæ antè dicta ſunt ignorare nõ arbitror, nec rurſus ſtudio concertandi diſputare,

ſed

A ſed prouocare me & hortari, vt his etiam idem probem atque demonſtrem. Cùm nutu oculorum aſſentiretur, Rurſus in Eſaia, inquam, auribus audientes ſi fortè auditis, de Chriſto in parabola & obſcurè loquens, Iacobum eum & Iſraëlem vocat, his verbis, Iacobus puer meus eſt, eum recipiam: Iſraël electus meus, in eo ſpiritum meum ponam, iudiciúmq; gẽtibus enunciabit: non contendet, nec clamabit, nec quiſquam in plateis & areis vocem eius exaudiet: arundinem fractam non rũpet, nec linum fumans extinguet: ſed in veritate iudicium proferet, fulgebit, nec frangetur, quoad in terra iudicium cõſtituat: atque in eius nomine ſita erit ſpes gentium. Vt ergo ab vno Iacobo illo, qui etiã Iſraël appellatus eſt, omne genus veſtrum Iacobus & Iſraël vocatum eſt: ſic etiam nos qui Chriſti *Eſa.* 42.

B pręceptis paremus, ab vno Chriſto, qui nos Deo genuit, tanquàm etiam Iacobi, Iſraëlis, Iudæ, Ioſephi, Dauîdis, ac Dei veri filij nominamur & ſumus. Cùm eos vidiſſem conturbatos ob eam cauſam, quòd nos etiam Dei filios eſſe dixiſſem, occupata interrogatione, Audite, inquã, quemadmodum Spiritus ſanctus ita de populo hoc loquatur, vt eos omnes altiſsimi filios eſſe dicat, futurúmque vt in eorum cœtu idem hic Chriſtus adſit, omne genus hominum iudicans. Verba autem ſunt Dauîdis, vt vos quidem interpretamini, hoc modo, Deus ſtetit in ſynagoga Deorum: in medio autem Deos diiudicat. Quouſque iniquitatem iudicatis, & peccatorũ *Pſal.* 81.

C perſonas accipitis? Iudicate pupillo & pauperi, humilémque & egentẽ iuſtos reddite. Eripite pauperem, & egentem è manu peccatoris liberate. Ignorauerunt, nec intellexerunt, in tenebris incedunt, omnia terræ fundamenta mouebuntur. Ego dixi, Dij eſtis, omnes altiſsimi filij. Vos autem vt homines moriemini, & vnius principum inſtar, cadetis. Surge Deus, terram iudica: in omnibus enim gẽtibus hæreditas tibi veniet. In ſeptuaginta autem interpretatione dictum eſt, Ecce vt homines moriemini, & vt vnus principum cadetis, vt & hominum, Adami dico & Euæ inobedientiam declaret, & caſum vnius principum, id eſt illius qui ſerpens vocatus eſt, qui idem magno grauíque caſu cecidit, quòd Euam deceperit.

D Sed quoniam non huius rei cauſa nunc à me habita eſt oratio, verùm vt vobis demonſtrem, Spiritum ſanctum vitio vertere hominibus, qui æquè ac Deus impatibiles & immortales, ſi eius præceptis paruerint, effecti ſunt, eiſque eum honorem tribuit, vt eius filij vocentur: & tamen Adami Euæque imitatione ſibimetipſis mortem pariunt. Habeat ſanè vt vultis pſalmi interpretatio, dum modò hoc demonſtratum ſit, homines à Deo dignos habitos eſſe qui Dij fierent, dignóſq; omnes eſſe habitos, qui altiſsimi filij fieri poſſent: hoc etiam, fore, vt ſe ipſi quemadmodũ Adamus & Eua, & iudicent & condemnent. Ab eo etiam Deum Chriſtum vocari, multis locis demonſtratum eſt. Peruelim ego, inquam, à vobis diſcere,

E quænã vis ſit Iſraëlis nominis. Cùm tacerẽt, hoc addidi, Ego, inquã, quod ſcio dicam. Neque enim æquum eſſe arbitror eum qui ſciat, non dicere, nec vos ſcire ſuſpicantem, inuidia imperitiáue impulſum voluntatis (ipſe ſcio) curam adhibere ſemper, ſed omnia ſimpliciter & ſine faude, ac fuco

Matth.13. dicere,quemadmodum Dominus meus dixit,Exiit ſator vt ſemen ſereret, A
& aliud quidem in viam cecidit,aliud inter vepres, aliud in agrũ petroſum,quoddam in fœcundam vberémque terram.Itaque ſpe fretus eſſe alicubi terram bonam, dicere debeo, quandoquidem meus ille Dominus vt fortis & potens ſua ab omnibus repetet,cùm venerit,procuratorémq; ſuum minimè condemnabit,ſi cognoſcat eum,quòd ſciret Dominũ ſuum potentem eſſe,ſuáque cùm venerit repetiturum, dare ad omnem menſam,ac non quauis de cauſa pecuniã defodiſſe. Iſraëlis igitur nomen hoc ſignificat,hominem qui vim ſuperat.Iſra enim idem quod homo,efficit, el autem vis dicitur:quod per myſterium luctæ qua Iacobus pugnauit cũ eo qui apparuit quidem,quòd patris conſilio parêret,Deus autẽ eſt,quòd creaturarũ omniũ primigenius,ſit filius, ſignificatũ iam tum & prędictũ B
fuerat,ſic etiã prędictũ eſt,ſic à Chriſto cũ homo factus eſſet,eſſe faciendũ. Cũ enim homo factus eſt,ad eũ,vt antè dixi,Diabolus adijt,id eſt vis illa quæ & Diabolus vocata eſt & Satanas,tentandi eius cauſa,& dandi operam vt eum deiiceret ac deturbaret,quòd peteret vt ſe adoraret. Ille autem eum deleuit atque abiecit,cùm illius ſcelus coarguiſſet,quòd contra ſcripturam vellet nõ ſecus ac Deus adorari, qui ab ipſius ſententia & cõ-
Matth.4. ſilio defeciſſet.Ei enim reſpondet,Scriptum eſt, Dominum Deum tuum adorabis, eíque vni ſeruies. Victus & reprehenſus tum diabolus abiit.Sed quoniam futurum erat vt languore conficeretur,id eſt angeretur, atque in perturbatione eſſet Chriſtus noſter cùm in crucem agendus erat, hoc C
etiam antè ſignificauit, cùm femur Iacobi attigit, fecítque vt marceſceret .Iſraël autem nomen ei erat diuinitus impoſitum, quo beatum Iacobum appellauit,benedicens nomini ſuo.Ex eóque omnes qui per ipſum ad Patrẽ confugerent, benedictum Iſraëlem eſſe prędicabat. At vos qui nihil horum intellexiſtis,nec parati eſtis intelligere, quoniam ex carnali ſemine Iacobi filij eſtis, omni ex parte ac penitus ſalutem conſecuturos eſſe ſperatis: ſed voſmetipſos in his fallere atque captare, multis à me demonſtratum eſt. Quis autem hic ſit qui & angelus magni conſilij aliquãdo fuit,& vir ab Ezechiele,& quaſi filius hominis à Daniele,& puer D
ab Eſaia,& Chriſtus & Deus adoratione veneratione que dignus,& Dauid, & Chriſtus, & lapis à multis,& ſapientia à Salomone,& Ioſephus, & Iudas & ſtella à Moſe,& oriens à Zacharia, & patibilis & Iacobus & Iſraël rurſus ab Eſaia,& virga,& flos,& lapis angularis vocatus eſt, ſi cognouiſſetis,eum minimè contumeliis afficeretis qui iam venit,qui natus eſt,qui paſſus,qui denique in cælum conſcendit:qui & iterũ aderit,túmque vi doloris ſe diſcerpent duodecim veſtræ tribus.Nã ſi ea quæ à prophetis dicta ſunt intellexiſſetis,eum eſſe Deum,ſolius & qui genitus non eſt,& exprimi non poteſt, Dei filium minimè negauiſſetis. Dictum eſt
Cap.6. enim à Moſe quodam loco in Exodo ſic, Locutus eſt autem Dominus cum Moſe,eíque dixit,Ego ſum Dominus,qui Abrahamo, Iſaaco, & Ia- E
cobo apparui,eorũ Deus,nec nomen meum eis expoſui,teſtamentúmque meum cum eis inſtitui.Rurſúſque ait hoc modo,Cum Iacobo homo luctabatur,

A ctabatur,Deúmque eſſe dicit.Vidi enim Deum facie ad faciem,& anima mea ſalutem conſecuta eſt,ait dixiſſe Iacobum. Locum etiam in quo luctatus eſt,& apparuit,ac beneprecatus eſt,faciẽ Dei,appellatum ab eo eſſe memoriæ prodidit. Itémque Deum Abrahamo ad ilicem ſe oſtendiſſe Moſes ait,pro foribus tabernaculi ſui meridie ſedenti. Deinde his expoſitis,ſubiicit, Cúmque oculis cerneret, tum viri tres ſupra eum conſtiterunt,quos cùm animaduertiſſet,eis quidem obuiam cœpit currere:paulò autem pòſt vnus eorum filium Abrahamo pollicetur. Quid quòd Sarra riſit dicens,num ego pariam quæ ſenui? Num res eſt quam Deus efficere non poſsit?Hoc tẽpore ad horam redibo,erítque Sarræ filius:& ab Abra-
B hamo diſcedunt.De eis etiam rurſus ita loquitur,Cùm ſurrexiſſent,illinc viri oculos Sodomã verſus conuerterunt.Deinde rurſus Abrahamo,Qui erat & qui eſt,ait,Celabóne ſeruum meum Abrahamum quæ facere cõſtitui: & quæ ſequuntur deinceps commemorata à Moſe in hiſtoria, & à me expoſita,repetebam,quibus demõſtratus eſt, Patri ac Domino obediſſe,eiúſque conſilio paruiſſe is qui Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo apparuit, cæteríſque patriarchis,eundémque Deum eſſe,memoriæ proditũ eſſe dicebam.Addebam autem etiã ſi minùs antea cõmemoraſſem,Sic etiam, inquam, cùm carnium cupiditate populus flagrauit, nec angelo qui ibi
C dictus eſt,Moſes credidit,Deum eis daturum eſſe ad ſatietatem pollicenti,qui idem etiam Deus erat,& angelus miſſus à Patre, hæc dixiſſe & feciſſe declaratur.Subiicit enim ſcriptura hæc verba,Dixítque Moſi Dominus,Num manus Domini non ſatis facere poterit? Iam ſcies verbúmne meum exitus habiturũ ſit,an non. Rurſúſque alio loco ſcribit his verbis, Dominus autẽ mihi dixit,Non traiicies hunc Iordanem.Dominus Deus tuus,qui te antecedit,ipſe gentes delebit.Aliáque eiuſdẽ generis commemorata ſunt à latore legis & prophetis: ſatíſque à me demonſtratum eſſe arbitror.Nam cùm Deus meus ait,Aſcendit Deus ab Abrahamo,vel,Locutus eſt Dominus cùm Moſe,&,Deſcendit Dominus vt turrim videret, quam filij hominum ædificauerãt,vel,Cùm Deus Nochi arcã occluſit fo-
D ris, nolite putare Deum ipſum qui origine caret, deſcendiſſe, aut aſcendiſſe aliquo ex loco.Neque enim pater qui exprimi oratione non poteſt, rerúmque omnium Dominus, aliquò peruenit, vel alicubi ambulat, aut dormit,aut ſurgit: ſed in quacunque regione manet,acriter cernens,acriter audiens,non oculis,neque auribus,ſed vi quadam quam explicare nemo poteſt,& intuetur omnia,& omnia cognoſcit, nec quiſquam noſtrũ eum latet:nec mouetur,nec à loco totóque mundo ſeparari comprehendíque poteſt.Quónam igitur pacto hic vel cum quoquam locutus eſt,vel alicui viſus,vel in minima terræ particula apparuit, cùm ne gloriam qui-
E dem eius qui ab eo miſſus erat,in mõte Sina populus cernere poſſet,nec Moſes ipſe in tabernaculum quod fixerat,introire potuiſſet,niſi à Dei gloria impletus fuiſſet?nec verò ſacerdos ante templum ſtare potuerit, cùm arcam Salomon Hieroſolyma in ædem quam ipſe ædificauerat, portauit? Non igitur Abrahamus,aut Iſaacus,aut Iacobus, aut alius homo omniũ

proſus & ipſius Chriſti patrem vidit, ſed illum Deum qui eius conſilio A
eius filius, & angelus eſt ex eo quòd eius volũtati morem gerat & inſeruiat, quem eũdem hominem etiam fieri per virginem Mariam voluit, qui etiam ignis aliquando factus eſt eo in ſermone quẽ ex dumo cum Moſe habuit. Alióqui niſi ita intelligamus ſcripturas, cogemur confiteri parentẽ Dominúmq; rerum omniũ non fuiſſe tum in cælis, cùm à Moſe dictum eſt, Dominúſque pluit in ciuitatem Sodomam ignem & ſulphur à Domino è cælo: & rurſum cùm à Dauide ita ſcriptum eſt, Tollite portas veſtras principes, & aperiuntor portæ æternæ, réxque gloriæ introibit: Et rurſus cùm ait, Sede ad dextram meam, quoad inimicos tuos pedibus tuis ſupponam. Illud etiam multis quæ prolata ſunt, demonſtratum eſt, Chriſtum B
qui ipſe Dominus eſſet, Deúſque Dei filius, víque ſua antea vt vir appareret & angelus, etiã in ignis gloria in dumo apparuiſſe. Sed repetebam ea omnia quæ ex Exodo protuleram de viſione quæ in dumo extitit, nominíſque Ieſu appellatione· atque hoc prætereà dicebam, Nolite putare me ſuperuacanea oratione vtentem hæc ſæpe dicere, ſed quoniam ſcio nonnullos eſſe, qui cùm in animo habeant hæc prædicare, cenſeant vim & naturam quæ à parẽte rerum omnium miſſa, Moſi, vel Abrahamo, vel Iacobo apparuerit, angelum appellari iis in rebus quæ ad homines pertinent, quòd ab ea hominibus res Patris nunciẽtur: gloriam autem quando ſpecie interdũ quę cõprehẽdi non poteſt, apparet: hominem porrò & vi- C
rum vocari, quando iis figuris videtur, quibus Patri placet: verbum etiam appellent, quòd à Patre ſermones ad homines perferat: indiuiduam autem & inſeparabilem à Patre hanc vim & virtutem eſſe, quemadmodum ſolis lumen in terra indiuiduum & inſeparabile eſſe dicunt, à ſole qui eſt in cęlo, & cùm occidit, vnà lumẽ detrahi: ſic patrem cùm vult vim ſuam emittere aiunt, & cùm vult rurſum eam ad ſe trahere: eodémque modo eum angelos facere docẽt. Sed demonſtratum eſt, eſſe angelos, eóſq; ſemper remanere, neque in ea occidere ex quibus effecti ſint: hoc etiam concluſum eſt multis locis, vim eſſe atque virtutem. eam quam etiam Deum propheticum verbum nuncupat. Angelum etiam eam virtutem eſſe, non D
quemadmodum ſolis lumẽ, tantùm nomine numeratur, ſed numero etiã aliquid aliud & diuerſum eſſe, ſuprà paucis rationem exquiſiui, cùm hanc virtutem & naturam ortam eſſe à Patre dixi, eius & poteſtate & conſilio, non deciſione & delibatione, quaſi natura eſſentiáque patris diuidatur, cuiuſmodi alia omnia cùm diuiduntur & ſecantur, non eadem ſunt, quæ erant antè quàm diuiſa eſſent. Exẽplíque cauſa ſumpſi ignem qui ab igne incenditur, quẽ alium cernimus, nulla ex parte imminuto illo ex quo multi accendi poſſunt, ſed eodem remanente. Nunc verò ea etiam loca quæ iam ex ſcriptura protuli, ad hoc docendum proferam. Cùm ait, Pluit Dominus ignem à Domino è cælo, duos numero eſſe, propheticus ſermo de- F
clarat, vnum qui ſit in terra, qui ſe dixit delapſum eſſe vt Sodomorũ clamorem cerneret: alterũ qui in cælis erat, qui eius etiã Domini qui in terra erat, Dominus eſt, vt pater & Deus cauſa cur & ipſe ſit, & potẽs, & Dominus

A minus & Deus. Rurſus cùm ait ſcriptura dixiſſe Deum principio, Ecce Adamus quaſi vnus ex nobis factus eſt, illud, Vt vnus noſtrum, numerum indicat, nec tropologiam verba capiunt, ſicuti interpretari ſophiſtæ conátur, & qui nec verum proferre, nec intelligere poſſunt. In Sapientia quoq; ſcriptũ eſt, Si renunciem vobis ea quæ quotidie fiunt, admonebo, vt ea quę ex ęternitate ſunt, recenſeatis. Dominus me initio viarum ſuarum condidit ad ſua opera. Ante ſeculũ initio me fundauit antè quàm terrã efficeret, antè quàm abyſſos faceret, antè quàm fontes aquarum erumperent, antè quàm montes ſtabilirentur, ante omnes colles me generat. Hæc cùm dixiſſem, hoc addidi, Intelligitis, auditores, ſi modò attenditis, ſcripturam docere, hunc filium à Patre ante omnia quę condita ſunt, eſſe generatum. Hoc etiam quiuis cõcedet, id quod generatum ſit diuerſum eſſe ab eo quod generauerit. Cùm Gen. 3. Prouer. 8.

B aſſentirentur omnes, Loca, inquam, prætereà quædam ex ſcriptura quæ antè non commemoraui, iam proferam. Sunt autem verba quæ à fideli ſeruo Moſe apertè facta ſunt, Lætamini cæli cum eo, eúmque omnes angeli ſui adorent, & quæ deinceps ſequũtur, Hæc etiã ſubiiciebã, Lætamini gentes cũ eius populo, venerentúrque eum omnes Dei angeli, propterea quòd ſanguinem filiorum ſuorum vlciſcitur, & vlciſcetur, reddétque vltionem inimicis, parque eis qui ſe oderunt, referet, terrámque populi ſui Dominus expiabit: quæ cùm dixiſſem, Nos, inquã, gentes iubet lętari cum populo ſuo, Abrahamo dico, Iſaaco, & Iacobo, prophetíſque omnibus, atque iis qui ex

C illo populo Deo placent, quemadmodum inter nos antè conuênit. Non autem omnes qui generis veſtri ſunt intelligemus, quandoquidem ex Eſaia etiam nouimus eorum qui legem violauerunt, à verme igníque æterno cõfectum iri cadauera cùm immortalia maneant, ita vt omnes homines videant. Mihi autem libet alia prætereà Moſis verba proferre, ex quibus etiã intelligere poteſtis, Deum è celo omniũ hominum diſsipaſſe ac diuiſiſſe & genera & linguas: ex omnibus autẽ generibus cùm ſibi genus veſtrum delegerit, genus inutile, cõtumax & perfidũ, oſtẽderítq; eos qui ex omni genere, velint conſilio ſuo parêre per Chriſtum, quem & Iacobum vocat & Iſraëlẽ nominat, eos, inquam, & Iacobum & Iſraelem, vt antè dixi, in mul-

D tis eſſe oportere. Lætamini enim gentes cum populo eius cùm dixit, ſimilẽ quidem eis hæreditatem tribuit, ſimilémque dat appellationem. Cùm autẽ gentes eos dicit, & lætari cum eius populo, exprobrans genti veſtræ dicit. Vt enim eum, tum cùm ſimulachrã coluiſtis, cõcitaſtis: ſic eos etiam dignos habuit, qui conſilium ſuum noſſent, & hæreditatem ſuam adipiſcerentur. Verba autem proferam, ex quibus Deus omnes gentes diuiſiſſe perſpicitur. Deut. 32.
Sunt autem hæc: Quęre ex patre tuo, íſque tibi nunciabit, à maioribus natu, & tibi dicent, Cùm gentes altiſsimus diuideret, cùm Adami filios diſpergeret: conſtituit fines gentium pro filiorum Iſraelis numero, fuítque pars Domini, populus ipſius Iacobus, Iſraël funiculus eius hæreditatis. Hæc

E cùm dixiſſem, hoc addidi, ſeptuaginta interpretatos eſſe, conſtituiſſe terminos pro numero Dei angelorũ. Sed quoniam hoc nihil mihi oratio rurſus imminuitur, eiúſque auctoritati nihil detrahitur, veſtram interpretationẽ attuli. Quòd ſi id quod res eſt fateri vultis, nos maiore in Deũ fide quàm

vos eſſe, qui per crucis abiectum probríque plenum myſterium à Deo vocati ſumus,quorum & profeſsio,& obedientia,& religio , ſuppliciis mortis à dęmoniis diabolíque exercitu vobis adminiſtris affecta eſt,ſed omnia potiùs perferimus,quàm vel verbo & voce negemus repudiemúſque Chriſtũ, per quem ad ſalutem à Deo patre veſtro præparatã vocati ſumus,ereptíque ex Ægypto poteſtate maxima miſericordiáque ſingularis glorię,mari vobis diuiſo,viáque ſicca patefacta,in qua vos cum ingẽti exercitu clariſque plauſtris perſequentes,cùm mare in quo veſtra cauſa viã ſtrauerat,in eos retorſiſſet, interfecit:quibus etiã colũna luminis lucebat,vt pręter omnẽ aliũ orbis populũ proprio &perpetuo nec occidente lumine vti poſſetis: quibus panẽ victus cauſa per angelos cæleſtes mannã pluit,ne rebus ad viuẽdum neceſſariis egẽtes eas requireretis.Atq; in Marra aquæ dulces euaſerunt: ſignúmque eius qui in crucem agendus erat,& in ſerpentibus qui vos mordebant &vulnerabãt,vt antè dixi,anteceſsit, cùm myſteria omnia ante ſua tempora vobis Deus quaſi occupãs concederet,in quẽ tamen ingrati ſemper fuiſſe conuincimini: & in figura porrectarum manuum Moſis, atque eius qui Ieſus appellatus eſt,cùm bellum cum Amaleco gereret,cui quod accidiſſet, Deus memoriæ prodi iuſsit, cùm vobis audientibus Ieſu nomen vobis cõmẽdari voluit, cùm dixiſſet hunc eſſe qui ex terra Amaleci memoriã obliteraturus eſſet.Atqui perſpicuum eſt,Amaleci memoriã mortuo etiã Nauæ filio remãſiſſe:per Ieſum autẽ qui cruci ſuffixus eſt,cuius etiã ſigna illa prædictiones quædã erãt eorum omniũ quæ facturus erat, futurum fuiſſe vt dęmonia perdenda eſſent,noménque eius vererentur, omnéſque principatus & regna eum ſuſpectum haberent, atque ex omni genere pij & pacis amici eſſent ij qui in eum crederent, &hæc & ea quæ à me antè commemorata ſunt , ſignificant . Tanta etiam vobis vis & copia coturnicum data eſt carnium deſyderio flagrantibus , vt earum numerum exequi non poſſim:quibus &ex ſaxo aqua erupit,& nubes ad vmbram contra æſtum data eſt, præſidiúmque contra frigus fuit, quæ noui cæli formam denunciabat : quorum etiam corrigiæ calceorum non ruptæ ſunt, nec ipſi calcei vetuſtatis iniurias ſenſerunt,nec veſtes attritę ſunt, quinetiam ea quę pueris dabãtur,cum ætate creſcebant.Vos autem vitulum conflauiſtis, ſtudióque vobis fuit cum mulieribus exterorum concumbere, & ſimulachris honorem Deo debitum tribuere . Deinde rurſus terra vobis tradita eſt cum vi & poteſtate tanta , vt ſolem in cælo eius viri qui Ieſus appellatus eſt imperio, inſiſtentem videritis,nec vſque ad horas ſex & triginta occidentem , aliáſque virtutes omnes quæ vobis pro tempore factæ ſunt , quarum etiam vnam aliam enumerare nunc mihi licitum videtur . Eò enim pertinet , vt ex ea etiam Ieſum intelligatis , quem etiam nos ſcimus Chriſtum Dei filium cruci ſuffixum,eſſe excitatum,in cælos conſcendiſſe, rurſúſque omnium vſque ab Adamo hominum iudicem futurum.Hoc,inquam,probè ſcitis, Aſotios hoſtes cùm tabernaculũ teſtimonij cepiſsẽt,cladéq; graui & inſanabili oppreſſi eſſent,hoc cepiſſe cõſilij,vt eã in currũ iũctis vaccis quę vitulos pepererãt, imponerent,experiũdi cauſa,an vi diuina propter arcã vulnerati eſſent,eãq; Deus eò vbi capta eſſet,reportari vellet . Quod cùm feciſſent,vaccæ quæ à

nem ine

A nemine ducebantur, non venerunt quidem eò vnde abducta arca fuiſſet, ſed in agrum cuiuſdam viri, Ioſuæ nomine, eodē nomine, quo ille qui mutato nomine Ieſus, quemadmodum antè dixi, appellatus eſt, qui populum in terram introduxit, eámque inter illos iure hæreditario diuiſit. Vaccæ cùm in eum agrum perueniſſent, conſtiterunt. ex quibus intelligimus, eas virtutis deductas eſſe nomine, ſicuti reliquus populus ex iis qui ex Ægypto exierant, ab eo qui Ieſu nomē accepit cùm Ioſue antea diceretur, in terram deductus eſt. Hæc autem & omnia eiuſdem generis mirabilia opera cùm cauſa veſtra, vobis etiam ſpectantibus facta ſint, per occaſionem etiam à prophetis in hoc reprehendimini, quòd etiam liberos veſtros dæmoniis immolaueritis, atque præter hæc omnia, eiuſmodi in Chriſtum auſi ſitis, & audeatis, ob quæ vtinam vos miſericordia à Deo eiúſque Chriſto, accepta, ſalutē
B conſequamini. Deus enim qui vos hæc facturos prænoſceret, vos per Eſaiā prophetam deteſtatus eſt his verbis, Væ animæ eorum. malum ſibi conſiliū 3.cap. ceperunt, dicentes: Vinciamus iuſtum, quòd nobis nulli eſt vſui. Itaque fructus operum ſuorum edent. Væ ſceleſto, mala ei pro operibus manuum ſuarum euenient. Popule meus exactores te ſpoliauerunt, & qui repetunt, tibi præerunt. Plebs mea qui te beatam eſſe dicunt, te decipiunt, ſemitáſque viarum tuarum perturbant. Sed iam in iudicium populum ſuum adducet, ipſéque Dominus cum ſenioribus maioribúſque natu populi eiúſque principibus ad iudicium veniet. Vos autem cur vineam meam incendiſtis, & rapi-
C næ pauperum ſunt in ædibus veſtris? Vos cur populo meo iniuriam facitis, perſonámque pauperum abieciſtis? Alio etiam loco de eadem re idem propheta ita diſſerit, Væ vobis qui trahitis peccata quaſi longo fune, & tanquā 5.cap. vaccæ iugi loro ſcelera: qui dicitis, Celeritas eius appropinquet, veniátque ſancti Iſraëlis conſilium, vt illud ſciamus. Væ vobis qui malum bonum dicitis, & bonum malum: qui lucem tenebras eſſe ponitis, & tenebras lucem: qui amara dulcia eſſe ducitis, & dulcia amara. Væ iis qui ſibi iudicióque ſuo prudentes ſunt, ſibíque docti. Væ iis qui robuſti ſunt, qui vinum bibunt, & potentes ſunt, ſiceràmque & ebrietatem miſcent, qui impiū & ſceleſtum muneribus impulſi iuſtū efficiunt, iúſq; iuſto & bono viro eripiunt. Quocirca
D vt culmus à prunis incenditur, & comburitur à flāma ardente: ſic radix eorum fauillæ inſtar erit, eorúmq; flos vt puluis emerget. Repudiauerūt enim Domini exercituū legē, ſermonémq; Domini ſancti Iſraëlis cōcitauerūt: Iratúſq; eſt Dominus exercituū & in eos manus ſuas iniecit, eóſq; percuſsit: concitatíq; ſunt mōtes, & cadauera eorū ſtercus in media via imitata ſunt. Nec tamē his omnibus coacti ad mentē redierūt, ſed etiā eorū manus excelſa eſt. Manus enim veſtra etiam ad maleficiū porrecta eſt, quòd cùm etiam Chriſtum interfeceritis, tamen ne ſic quidem vos pœnitet, quinetiam nos qui eius benignitate Deo rerúmque omnium parenti credidimus, obſtitiſtis, & interficitis, quotieſcunque vobis facultas datur. Eundémque, & eos qui ab
E eo nomen habent, ſine fine deſtamini, & auerſamini, cùm omnes pro vobis precemur, ac pro omni hominum genere: id quod nos facere Chriſtus noſter ac Dominus docuit, qui nobis præcepit vt etiam pro inimicis & hoſtibus rogemus: eos qui nos oderunt, amemus, de iiſque benedicamus,

qui nobis mala imprecabũtur. Quòd ſi vos flectũt & prophetarum, & illius A
præcepta, ſatius eſt vos Deũ ſequi, quã indoctos & cæcos magiſtros veſtros,
qui ad hoc tẽpus & quatuor & quinque vxores vnũquemque veſtrũ habere
patiũtur: ac ſi quis viſa præſtãti forma muliere, eã cõcupiſcat, Iacobi, qui idẽ
Iſraël dictus eſt, cæterorũque patriarcharũ facta proferũt, negãtque peccare
eos qui eos imitẽtur: in quo etiã miſeriam ſtultitiáque ſuam declarant. Nam
vt antè dixi, quædã magnorũ myſteriorũ in quoque tali facto abſolutæ per-
fectǽq; ſunt procurationes &, vt ita dicã, diſpẽſationes. Iacobi enim nuptiis
quænã procuratio & prædictio expleta ſit, dicam, vt etiã in his perſpiciatis,
nihil ad diuinitatẽ, cuius cauſa vnaquæque res & actio extitit, vnquãdocto-
res veſtros retuliſſe, ſed ad abiectas, prauáſque potiùs perturbationes. Itaque
attentè audite quæ cõmemoro. Iacobi nuptiæ ſimulachra quædã rei quam B
Chriſtus perfecturus erat, fuerunt. Sorores enim duas nefas erat Iacobum v-
xores ducere. Seruiit autem Laban pro filiabus, deceptúſque in minore natu,
rurſus ſeptẽ annis in famulatu fuit: ſed Lia quidẽ populus veſter & ſynago-
ga erat, Rachel autẽ noſtra Eccleſia: ac pro his & vtriuſque ancillis ad hoc
tẽpus ſeruit Chriſtus. Quoniã enim duobus liberis tertij ſemen Nochus in
ſeruitutẽ dedit, nunc cõtrà, reſtitutionis vtriuſque liberi filij cauſa & eorum
ſeruorũ Chriſtus venit, iiſdẽque dignos cenſet omnes qui præceptis ſuis pa-
reant, quemadmodum & ij qui ex ingenuis, & ij qui ex ſeruis matribus Ia-
cobo nati ſunt filij omnes, pari eodẽque in honore fuerũt ac precio. Proui-
dẽtia autẽ & prænotione qualis quiſq; futurus eſſet, prædictũ eſt. Seruiuit Ia- C
cobus Laban pro ouibus variis & diuerſi coloris: ſeruiuit Chriſtus ſeruitu-
tẽ etiã quæ ad crucẽ peruenit, pro omniũ generũ variis diſtinctíſque homi-
nibus, eóſque ſibi quæſiuit ſanguine crucíſque myſterio. Liæ imbecilles lip-
píq; erãt oculi: veſtri enim animi oculi valde erant. Furata eſt Rachel Laban
Deos, eóſque ad hodiernũ vſque diẽ occultauit: nobis etiã patrij & ex ma-
teria Dij perierũt. Semper Eſau fratri Iacobus inuiſus & exoſus fuit: nos quo-
que nũc, atque ipſe Dominus noſter in odiũ veſtrũ incurrit, cæterorũq; ho-
minum, qui omnes natura ſunt fratres. Iacobus Iſraël vocatus eſt: & Iſraël &
Chriſtus eſſe demõſtratus eſt is qui Ieſus & eſt & nominatur. Cũ ſcriptura
Eſa.42. ait, Ego Deus ſanctus Iſraëlis, qui Iſraëlẽ regẽ veſtrum declaraui, an non verè D
Chriſtũ æternum regẽ audietis? Etenim Iacobũ Iſaaci filiũ nunquã regẽ fuiſ-
ſe ſcitis. Ob eáq; cauſam rurſus nobis exponens quẽ regẽ Iacobũ & Iſraëlem
Eſa.42. dicat, ita ait, Iacobus puer meus eſt, eũ recipiã: & Iſraël electus meus, animus
meus eũ approbabit. Infudi in eũ ſpiritũ meũ, iudiciúmq; gẽtibus nunciabit.
nõ clamabit, nec foris vox eius exaudietur: arundinẽ fractã non cõminuet,
nec linũ fumãs reſtinguet, quoad victoriam reportet, iudicium reſtituat, nec
frangetur quoad in terra poſuerit cõſtitueritque iudicium: ac in eius nomi-
ne gentes ſpem ſuam collocabũt. Num ergo in Iacobo patriarcha ij qui ex
gẽtibus ſunt, ſperant, nõ in Chriſto, vos etiã ipſi? Vt igitur Chriſtũ & Iaco- E
bũ & Iſraëlem dicit, ita etiam nos ex Chriſti vtero exciſi Iſraëliticũ verum
genus ſumus .. Sed ipſum potiùs verbum attendamus, Et educam, inquit,
Eſa.65 ſemen ex Iacobo & Iuda, mõtẽmque ſanctum meum hæreditario iure poſ-
ſidebunt, & hæreditatem adipiſcentur electi mei, ibíque habitabunt, &
in

A in ſylua erunt gregũ ſtabula, vallíſque Achor ad requiem armentorũ boum populo, qui me quæſierũt. Vos autẽ qui me deſeruiſtis, & quos montis ſancti mei capit obliuio, quiq; mẽſam dæmoniis inſtruitis, potionémque dæmoni impletis, gladio obiiciã, omnes in cædẽ incidetis, propterea ꝙ vos vocaui, nec exaudiſtis, malúmque in conſpectu meo commiſiſtis, & quæ deteſtabar, elegiſtis. Atque hæc quidẽ ſcripturæ verba ſunt. Intelligitis autẽ etiam vos, aliud quoddam ex Iacobo ſemẽ eſſe, quod nunc dicitur, nõ quemadmodũ aliquis dici de populo exiſtimauerit. Neq; enim poſsũt ij qui ex Iacobo orti ſunt, iis qui ſunt ex Iacobo ſati, aduentitiã ſucceſsionem relinquere: neque is qui populo obiiciat quaſi hæreditate indigno, rurſus tanquam exiſtimatus ſit, iiſdem promittere: ſed quemadmodum ibi propheta ait, Et nunc tu
B Iacobi domus, veni & in luce Domini ambulemus. Dimiſit enim populum ſuum Iacobi familiam, quòd eorũ regio referta eſt vt ab initio, diuinis & vaticinationibus: ſic etiam hoc loco intelligere debemus duo Iudæ ſemina, duóq; genera, vt duas Iacobi familias, vnam ex ſanguine & carne ortam, alteram ex fide & Spiritu. Videte enim vt nunc populũ alloquatur, cùm ſuprà dixit, Quemadmodũ in vua acinus inuenietur, dicéntque, Noli eum corrumpere, quòd in eo eſt benedictio: ita faciam eius cauſa qui mihi ſeruit. *Eſa. 65.* Propter eũ enim non perdam vniuerſos. Deinde ſubiicit, Et educã genus Iacobi & Iudæ. Perſpicuũ eſt igitur, ſi illis ita iraſcitur, paucißimóſq; ſe relictutũ minatur, eum quoſdã alios eductutum ſe eſſe polliceri, qui in eius mõte ſint
C habitaturi. Hi autẽ ſunt, quos ſaturos generaturóſque dixit. Vos enim nec eũ vocantem fertis, nec loquentem auditis, ſed ſcelus in cõſpectu Domini admiſiſtis: quódque ſingularem veſtrã maliciam & odium declarat, iuſtũ interfeciſtis, & eos qui ab illo habuerunt, vt ſint id quod ſunt, pij, iuſti, & humani. Itaque, Væ animæ eorum, ait Dominus: conſilium enim ſibi malũ inierunt, *Eſa. 3.* dicentes: Tollamus de medio iuſtum, eſt enim nobis inutilis. Non enim hoc ait, quòd vos etiam Baal ſacrificabatis, vt maiores veſtri, atque in vmbratilibus vel excelſis locis pemmata faciebatis cæli exercitui, ſed quòd eius Chriſtum non recepiſtis & approbaſtis. Qui enim hunc ignorat, Dei etiam
D cõſilium ignorat: & qui eundẽ contumeliis vexat, vel odit, profectò eũ etiam qui illum miſit, & odit, & cõtumeliis afficit. Ac ſi quis in eũ non credit, prophetarum prædicationibus nõ credit, qui eũ & omnibus nunciauerũt, & apud omnes prædicauerũt. Nolite igitur fratres, in eũ qui cruci ſuffixus eſt, dicere, neq; liuóres eius ridere, quibus omnes curari poſſunt, quemadmodũ etiã nos curati ſumus. Pulchrum & præclarum eſt, ſi ſcripturis approbatis, cordis animíq; duriciem & contumaciã amputetis, quã non propter inſitam veſtrã opinionem habetis, quandoquidẽ ſignificationis cauſa data erat, non ad iuſtitiæ opus, vt ſcriptura fateri cogit. Nolite ergo cõmuni conſenſu in Dei filiũ conuicia iacere, neq; Phariſæorum doctorũ authoritate adducti, Iſraëlis regẽ
E vnquam maledictis vexare, qualia Synagogæ principes poſt preces docent. Si enim is qui Deo ingrata & inuiſa contingit, in eadem culpa eſt, qua is qui Dei virginem violat, multò magis is qui eum quem charum habet, offendit. Hunc autem illum ipſum eſſe ſatis demonſtratum eſt. Cùm etiam tacerent, Ego, inquam, ſcripturas profero nunc, ſicuti eas ſeptuaginta inter-

pretati ſunt. Cùm enim eas antè protuli quemadmodum eas tenetis, periculum faciebam, quónam animo conſtituti eſſetis. Proferẽs enim ſcripturam A
Eſa.3. hanc, Væ eis quòd conſiliũ ſibi peſsimum inierunt, dicentes, vt interpretati ſunt ſeptuaginta, addidi, Tollamus de medio iuſtum, eſt enim nobis inutilis, cùm initio diſputationis protulerim, id quod vos dictum eſſe vultis, Dicentes, Vinciamus iuſtum, quòd nobis inutilis eſt. Alia autem quædã egiſtis, nec mihi attentè audiuiſſe ſcripturas videmini. Sed quoniam nunc iam diei finis appetit, (ad occaſum enim iam ſol vergit) ita deniq; finem faciã, ſi vnũ addidero. Id autem à me ſuprà prolatum eſt, ſed idem prætereà probandũ mihi videtur. Intelligitis quidem apud Eſaiam prophetam hoc Hieroſolymitano populo à Deo dictũ eſſe, In terrarũ inundatione te in Nocho ſeruaui. Hoc autem ait Deus, eorũ qui ſalutem conſequuntur myſterium in terrarũ B
inundatione extitiſſe. Nochus enim vir bonus & iuſtus in terrarũ inundatione cum vxore ſua, tribúſq; liberis, eorúmque vxoribus, qui omnes octo numero erant, ſignificationẽ habuit diei qui octauus quidẽ eſt numero, in quo à mortuis excitatus eſt Chriſtus noſter primus autem eſt ſemper poteſtate. Etenim Chriſtus qui primigenius eſt eorum omnium quæ condita ſunt, principium etiam alterius generis fuit hominum, qui ab eo iterum generati ſunt per aquam, fidem, & lignum, quod crucis myſterium habebat: quemadmodum etiam Nochus in ligno vnà cũ ſuis inſidens aquis ſeruatus eſt. Cùm ergo ait propheta, In Nocho te ſeruaui, & eripui, populum qui ſimili in Deũ fide eſt, & hæc ſigna habet, dicit. Moſes enim qui virgam manu tenebat, po C
pulum veſtrum per mare tranſportauit: ſed vos hoc eum generi veſtro aut terræ tantùm dixiſſe exiſtimatis. Nam quia vniuerſa terra, vt ſcriptura ait, aquarum inundatione obruta eſt, tranſiliítque omnes montes aqua cubitis quindecim, non terræ hoc eum dixiſſe conſtat, ſed populo qui ipſi credit, cui etiam requiẽ Hieroſolymis præparauit, vt omibus ſignificationibus quæ in aquarũ inundatione datæ ſunt, antè demõſtratum eſt. Dixi autẽ, Per aquã fidem & lignũ, ij qui præparantur, & quos pœnitet eorũ ſcelerum quæ commiſerunt, Dei iudicium quod venturum eſt, effugient. Aliud enim myſteriũ in Nocho prophetæ ſpiritu prædictum eſt, quod vos ignoratis. Eſt autem eiuſmodi, Cùm duobus liberis ſuis Nochus bene precaretur, filij ſui filio malè precatus eſt. Filium enim cui ſimul Deus bene exiperat, non fuit deteſtaturus, ꝓpheticus ſpiritus, ſed quia futurũ erat, vt ad totũ genus, filij qui patris nuditatẽ irriſit, ſceleris pœna & ſupplicium pertineret, vſque à filio deteſtationem duxit. Iis autem quæ pronunciauit, prædixit fore, vt Sem poſteri Chanan poſſeſsiones domiciliáque obtinerent: & rurſus Iapheth poſteri eas quas à Chanan poſteris Sem poſteri, acceptas etiam à Iaphethinis obtinuiſſent, poſsiderent, cùm illa omnia Semanis eripuiſſent, quemadmodum eadem Chananęis erepta tenuiſſent. Atque vt ita factum eſſe intelligatis, vos qui à Sem genus ducitis, in Chananęorum terram Dei conſilio inuaſiſtis, eámque tenuiſtis: Perſpicuúmq; eſt, Iapheth poſteros Dei iudicio E
Gen.6. impetu facto vobis loca veſtra regionémque eripuiſſe, eámque tenuiſſe. Sũt autem hæc explicata his verbis, Expergefactus eſt autẽ Nochus à vino, omniáque quę ſibi filius minimus natu fecíſſet, cognouit, ac dixit, Malè eueniet

Chanan

A Chanan filio, fratrum ſuorum ſeruus erit: & dixit, Benedictus Dominus Deus Sem, eritque ſeruus eius Chanaan. Dilatet Dominus Iapheth, habitétque in Sem ædibus, eiúſque ſeruus fiat Chanaan. Quoniam ergo duobus populis Semanis atq; Iaphethinis Nochus beneprecatus eſt, domiciliáq; Chanan primi Sem poſteri, vt cõſtat, obtinuerunt: prædictúmq; eſt fore vt rurſus eaſdem poſſeſsiones Iaphethini eis quaſi hæreditario iure eriperent, duobúſque his populis tertius is qui à Cham originem duxit in ſeruitutem traditus eſt: Chriſtus poteſtate omniũ præpotentis patris quæ ei data eſt, amicitiæ, benedictionis, pœnitẽtiæ, cõmunis deniq; domicilij & habitationis bonorum cauſa venit, & poſſeſsionẽ quę in ipſa rerũ omnium terra, vt antè dixi, eueniet atq; tradetur, promiſit. Itaq; homines omnium generũ ſiue ſerui, ſiue
B ingenui, qui in Chriſtũ credunt, cognitámq; habent veritatẽ quę & in eius & in prophetarum verbis cõtinetur, ſciunt ſe cùm in terrã illam in qua iam eſt peruenerint, & æterna bona & ab interitu libera eſſe adepturos. Quocirca Iacobus qui, vt antè dixi, figura Chriſti erat, duas duarum ingenuarum vxorũ ſuarum ancillas vxores duxit, & ex eis liberos ſuſcepit, vt hoc antè indicaretur, Chriſtũ ſumpturum eſſe & eos omnes qui in Iapheth genere à Chanaan originẽ habent, non ſecus atque ingenuos, eúmque cũ illis vt filiis cõmunicaturum hæreditatẽ: quales ſumus nos, ſed intelligere nõ poteſtis, propterea quòd non poteſtis ex Deo qui eſt fons viuus, bibere, ſed ex ciſternis quę corruptæ ſunt, nec aquã cõtinere poſſunt, vt ſcriptura dicit. Sunt autẽ ciſternæ cõ
C fractę & ruptę, & aquã non continentes, eæ quas vobis doctores veſtri foderunt, quemadmodũ etiã ſcriptura apertè ait, Qui doctrinas tradũt hominũ, & *Eſa.15.* pręcepta: & pręterea ſemetipſos atq; vos decipiunt, quòd exiſtiment omnino ijs qui ex Abrahami ſemine corporeo ſint, etiam ſi peccatores ſint, perfidi, cõtumacéſq; in deum, datũ iri regnũ ſempiternum, quæ ſcripturæ falſa eſſe docuerunt. Si enim hoc eſſet, nunquam Eſaias dixiſſet, Quòd ſi Dominus exer- *1.Cap.* cituum nobis ſemẽ nõ reliquiſſet, vt Sodoma & Gomorra facti eſſemus: nec Ezechiel, Etſi Nochus, Iacobus & Daniel filios vel filias petant, tamen eis nõ cõcedetur: ſed nec pater pro filio, nec pro patre filius, verùm pro ſuo quiſque peccato ac ſcelere peribit, & pro ſuis quiſque rectè factis ſeruabitur: nec
D rurſus Eſaias, Videbunt cadauera eorum qui legem violauerunt. Vermis *66.Ca.* eorum nõ deſinet, & ignis eorũ non extinguetur, eóſq; omnes homines cernent. Dominus etiam noſter, de cõſilio & voluntate patris qui eum miſit, eſtq; rerum omnium Dominus, nõ dixiſſet, Venient ab ortu occaſúque ſolis, & cũ *Mat.8.* Abrahamo &, Iſaaco atq; Iacobo in regno cælorũ accumbent: filij autem regni in tenebras exteriores expellentur. Illud quoque antè docui, Deum non eſſe cauſam, cur ii quorũ peccata antè cognita ſunt, ſiue angeli, ſiue homines, improbi efficiantur, ſed ſua quiſque culpa, tales ſunt, qualis quiſque videbitur. Sed ne occaſionem haberetis hoc afferendi, Chriſtum in crucem agi opor-
E tuiſſe, aut etiam in genere ueſtro eſſe legis violatores, nec aliter fieri potuiſſe, occupãs paucis docui, Deũ cùm angelos & homines ſuũ cõſiliũ ſequi vellet, eos ſui iuris atq; arbitrii rectè facta bonáſque actiones facere voluiſſe, cum ratione qua ſcirent ipſi à quo effecti ſint, & per quem ſint, cùm antea non eſſent: & cum lege quã ab eo iudicẽtur, ſi ſecus atque recta ratio pręſcribit,

ſe gerant. Quòd ſi verbum Dei planè ſignificat de nonnullis & angelis & A
hominibus ſumprum iri ſupplicium, ipſe quòd improbos obſtinato animo
fururos eos prænouerit, hæc prædixit, non quòd tales eos effecerit. Itaque ſi
omnes qui miſericordiam à Deo conſequi volunt, ſuperioris vitæ pœniteat,
id præſtare poſſunt, eóſque beatos ſcriptura appellat his verbis, Bearus eſt,
cui Dominus peccatum non imputauit. Hoc autem ſignificat, eum quem
ſcelerum ſuorum pœnituerit, peccatorum veniam atque remiſsionem acce-
piſſe à Deo: non, vt voſmetipſos fallitis, aliíque nũnulli vobis ſimiles, qui ex
hoc concludunt, ſi peccarores ſint, dummodo Dei notionem habeant, Do-
minum ſibi peccata non eſſe imputarurum. Hoc declarat, vnum peccatum
Dauîdis quod propter gloriationem & ſuperbiam ſuam admiſit, quod quidẽ
tum deniq; remiſſum eſt, cùm ita clamauit & lamẽtatus eſt, vt ſcriptura de-
clarat. Quòd ſi tali gratia delicti antè facta non eſt, quàm eum illius pœni- B
teret, ſed cùm hæc magno clamore pronunciauit, magnus ille rex & Chri-
ſtus & prophera: quid eſt cauſæ, cur impuriſsimi, flagitioſiſsimíque & deſpe
rati, niſi lamententur, plangant, eóſque pœniteat ſcelerum, Dominum ſibi
peccatum non eſſe deputaturum, ſperare poſsint? Atque vna hæc Dauîdis
actio, qua cum Vriæ vxore deliquit, patriarchas non ſtupri libidiníſque cau
ſa multas vxores habuiſſe declarat, ſed procuratio quædam & diſpenſatio,
myſteriáque omnia per eos efficiebantur. Nam ſi concederetur, vt quam
quiſque velit & quemadmodum velit, quótque ei libeat, vxores acciperet,
id quod faciunt generis veſtri homines, qui quemcunque in locum veniãt C
aut mittantur, nuptiarum nomine vxores ducunt, multo magis id Dauîdi
conceſſum eſſet. Quæ cùm dixiſſem, Marce Pompei amantiſsime, finem
dicendi feci. Tryphon autem qui tamdiu racuiſſet, Vides, inquit, nos non
exercitatos nec pararos veniſſe ad diſputandum: méque fareor ex hoc ſer-
mone ſingularem cepiſſe voluptatem: atque hos eodem quo me animo
affectos eſſe exiſtimo. Viciſti enim expectationem noſtram, multóque plura
offendimus, quàm vnquam expectare potuiſſemus. Quòd ſi diutiùs hoc no-
bis facere liceret, maiorẽ fructum vtilitatémque ex verborũ ipſorum totiúſ-
que diſputationis conſyderatione caperemus. Sed quoniam in diſceſſu es,
& quotidie aliquid reputaturum atque perpenſurum te eſſe ſperas, fac noſtri D
vt amicorum memoriam teneas, ſi diſceſſeris. Mea autem cauſa, inquam, ſi re
maneam, id quotidie fieri velim. Sed quoniam iam ſoluturum abirurúmq;
me eſſe ſpero, concedente & iuuante Deo, vos hortor, vt qui maximum hoc
certamen pro ſalute veſtra ingreſsi eſtis, & inſtituiſtis, detis operã, vt docto
ribus veſtris rerum omnium præpotentis Dei Chriſtum anteponatis. Qui-
bus dictis, abierunt, cùm illi mihi deinceps cõmodam nauigationem, & ab
omni malo liberarionẽ optauiſſent: ego autem pro eis rogans, Nihil, inquã,
vobis maius oprare poſſum, quàm vt cùm hac via & diſciplina omnibus hu
manam mentem dari cognoueritis, omnino idem quod nos, ipſi quoque E
faciatis, vt Dei Chriſtus noſter ſit, eóque perfruamur.

EIVSDEM IOACHIMI PERIONII BENEdictini in dialogum, id eſt, ſermonem Iuſtini quem cum Tryphone Iudæo habuit, Obſeruationes.

QVIA libros omnes Beati Iuſtini philoſophi & martyris, qui ex Principis bibliotheca abhinc tres annos prodierunt, Dei conceſſu ac munere ex Græco in Latinum conuerti, officij mei eſſe putaui, ea quæ legendo & conuertendo digna admonitione mihi viſa ſunt, notata commentarijs exponere. Et quoniam eum ordinem librorum quem in Græcis excudendis ſeruatum ſine vlla ratione video (neque enim in exemplaribus vnde deſcripti ſunt, hic aut alius ordo tenetur, quippe cùm epiſtola ad Zenam & Serenum quam primam omnium videmus, ſola ſit ex omnibus Iuſtini libris in vno volumine) non probans, ſermonem quem habuit cum Tryphone Iudæo primum poſui iis cauſis ductus, quæ alio loco à me expoſitæ ſunt: commentationum etiam noſtrarum ab illo principium ducendum cenſui, reliquáſque deinceps perſequi cogito eo ordine quem in libris typis excudendis ſeruari putaui oportere. paginæ autẽ notantur vt ſunt in noſtra interpretatione. Noſtro igitur inſtituto dicamus.

περιπατοῦντί μοι ἑωθινῷ ἐν τοῖς τοῦ ξυστοῦ περιπάτοις, id eſt, Ambulãti mihi manè in Xyſti ſpacijs.) Pag. 1. vers. 1.
ξυστὸς locus erat in arenis tectus, in quo athletæ hyeme exercebãtur. In eo multa erant ſpacia diſtincta & in circi formã patẽtia, in quibus expatiari & ambulare omnes poterãt: hinc περίπατοι, id eſt, quaſi dicas, circumambulationes. Quanquã non rotundas fuiſſe exiſtimo, nec quadrati formam effeciſſe, ſed eius figuræ quam vtraque parte longiorem vocãt, quò longiora currentibus ſiue hominibus, ſiue equis ſpacia darentur. xyſtum, Græcum verbũ dixi, vt Cicero, & περίπατον, ſpatium. vna enim circumſcriptione vtroque verbo Cicero vſus eſt. Itaque ea contenti erimus. In 4. Academ. ſecunda ferè pagina, Cùm igitur pauca in xyſto loquuti eſſemus, tum eodem in ſpacio conſedimus. In περιπάτοις enim ſedes erant, in quibus diſputantes cùm feſsi erant, conſidebant. In xyſto quidem Epheſino medio ſedes erant lapideæ vtroque ex latere, quorum duorum ordinum in altero conſidentes Iuſtinus & Tryphon, eiuſque comites ac ſodales hunc totum ſermonem, præter eius principium, inter ſe habuerunt. Sic enim ſcribit ſeptima ferè pagina, ἐν δὴ ἐπιστρέφοντες εἰς τὸ μέσον τοῦ ξυστοῦ στάδιον ἤειμεν, & paulò pòſt tertio ferè verſu, ἡμεῖς δὲ ὡς ἐγενόμεθα ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ ἔνθα ἑκατέρωθεν λίθινοί εἰσι θῶκοι, ἐν τοῖς ἑτέροις καθεσθέντες & quæ ſequuntur.

Τίς δὲ σὺ ἐσσὶ φέριστε βροτῶν, id eſt, Sed tu quis es, inquam, optime vir?) Eſt verſus hic ſumptus ex ſexto Iliadis libro in quo eſt non βροτῶν, ſed hæc duo verba, καταθνητῶν ἀνθρώπων, quæ carmen explent. Itaque haud ſcio, verũ pro illis hoc à librariis poſitum ſit, an Iuſtinus mutauerit. Principium autem eſt verborum & ſermonis quem cum Glauco Diomedes quarta ferè eius libri pagina ante congreſſum habuit. vers. 14. C.

ἄδεια γὰρ καὶ ἐλευθερία λέγειν καὶ ἕπεσθαι τοῖς δοξάζουσι ταῦτα ποιοῦντε ὅσα βούλονται καὶ λέγειν, &c. id eſt, Impunitas enim & licentia eos qui in hac ſententia ſunt, conſequitur, & faciendi & dicendi quæ velint omnia; & quæ ſequuntur) Eſt hic locus corruptus in Græco, vt vel mediocriter doctus intelligere poteſt. Corrigendus eſt autem, vt à me in interpretatione correctus eſt, hoc modo, ἄδεια γὰρ καὶ ἐλευθερία ἕπεται τοῖς δοξάζουσι ταῦτα, ποιεῖν τε ὅ, τι βούλονται καὶ λέγειν. Nec verò hic vnus corruptus eſt, ſed alij etiã innumerabiles, quos præter admodum paucos, ſicuti docebimus, correximus. vers. 18. D. Locus emẽdatus.

πῶς γὰρ οἵ γε ἀεὶ ταῦτα ἔσεσθαι λέγουσι, καὶ ἐπ' ἐμὲ καὶ σὲ ἔμπαλιν βιώσεσθαι ὁμοίως, &c. id eſt, Quo enim modo poßint, qui hæc æterna eſſe dicant, méque ac te rurſus eodem modo victuros eſſe, & quæ ſequuntur.) Hic etiam valde corruptus eſt. Legendum eſt autem, καὶ ἐμὲ καὶ σὲ, id eſt, me & te, deleto ἐπ', quod verbum redundat. Platonis hoc loco ſententiam ſignificat, qui in Timæo mundum ortum eſſe aſſerit, eundem tamen ſemper futurum: hominumque improborum animos in corpora intraturos, atque adeò primum in muliebrem figuram viros tranſlatum iri, deinde, ſi ne tum quidem finẽ vitiorum facient, in ſuis moribus ſimillimas figuras pecudum & ferarum. ἀεὶ ταῦτα ἔσεσθαι hæc æterna eſſe dixi. Si rem non ſatis expreßi, Hæc ſemper fore, ponatur. vers. 20. D.

χαίρω, ἔφην, ταῖς διατριβαῖς. ἀνεμπόδιστος γάρ μοι ὁ διάλογος πρὸς ἐμαυτὸν γίνεται, μὴ ἐναντία δρῶσι ὡσεὶ, φιλολογίᾳ τε ἀνυσιμώτατα ἐστι τὰ τοιάδε χωρία, id eſt, Delecter enim his exercitationibus. Liberè

enim ſine interpellatione mecum ipſe diſſero (ne tu mihi in hoc quaſi aduerſere) ſúntque huius generis loca verborum ſtudio aptiſſima.) Locus hic obſcurus eſt propter hæc verba, μὴ ἐναντία δρώσαις ὡσανεί. Dubium eſt enim vtrùm μὴ &c. referantur ad illud, ταῖς τοιαύταις διατριβαῖς, vt illud δρώσαις ſit adiectiuum quod vocant, huius nominis διατριβαῖς, an id quod ſequutus ſum, non δρώσαις legendum ſit, ſed δρώσοις in ſecunda perſona futuri primi optandi modi, δρώσοιμι, δρώσοις, δρώσοι. Si illud prius placet, nō video qui poſſit ſtare eo loco illud totum, μὴ ἐναντία δρώσαις ὡσανεί, potiúſque legendū videtur hoc modo, χαίρω, ἔφην, ταῖς τοιαύταις διατριβαῖς, μὴ ἐναντία δρώσαις ὡσανεί, id eſt, quæ mihi meæq; cupiditati nō ſunt cōtrariæ. Sed quorſum hoc adderet? Mihi ergo magis probatur hoc quod dixi, legendū eſſe δρώσοις vel δρώσῃς. Quaſi dicat, Huc eò veni, vt mecū ipſe liberè ſine interpellatore diſſeram. Itaque noli huic meo inſtituto aduerſari. Nunquā legi, niſi apud poëtas ὡς ſiue ὡσανεὶ in fine membri: itaque traiectum eſſe arbitror. Φιλολογίαν dixi ſtudium verborū, propterea quòd ſtatim Tryphon hoc Iuſtino obiecit, φιλόλογος οὖν τις εἶ σύ, ἔφη, φιλεργὸς δὲ οὐδαμῶς, οὐδὲ φιλαλήθης. Quoniam enim verba & res ferè opponuntur, & rerum eum ſtudioſum hoc loco eſſe negat, φιλολόγον etiam ſtudioſum verborum rectè vocaui.

Pag. 4. Verſ. 5. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὀφθαλμοῖς, ἦν δ' ἐγώ, αὐτοῖς πάτερ, ὁρατὸν τὸ θεῖον, ὡς τὰ ἄλλα ζῶα, id eſt, Atqui Deus, inquam, non oculis ipſis, vt animantia, cerni poteſt.) Verbum illud πάτερ redundat. ἄλλα etiam nō reddidi, quòd additum ab aliquo magis eſſe arbitrer, quàm à Iuſtino poſitum, præſertim cùm τὸ θεῖον pro Deo poſitum eſſe exiſtimem, & nefas ſit Deum animal ab illo dictum credere. Quanquam hoc in loco, id eſt hac pagina & proxima, quatuor quædam ex Platonis ſententia ponit, quæ falſa ſunt, obeámque cauſam cautione adhibita legenda: id quod etiam in margine notaui.

Pag. 5. Verſ. 5. Νοεῖν δὲ αὐτὰς δύνασθαι ὅτι ἐστὶ θεός, καὶ δικαιοσύνη καὶ εὐσέβεια καλόν, κἀγὼ συντίθεμαι, ἔφη, id eſt, Eos autē poſſe Deum eſſe intelligere, & iuſtitiam atque pietatem, & præclarū eſt, inquit, & ego concedo.) Hoc loco illud nomē καλὸν dici fortaſſe rectius poſſit bonum, vt ſit ſenſus, Animos hominū poſſe & Deum eſſe intelligere, & iuſtitiam pietatémque ſiue religionem eſſe in bonis, id eſt, reponi in numero bonorum. Sic igitur vertendus erit hic locus. Eos autem intelligere poſſe & Deum eſſe, & iuſtitiam religionémque eſſe in bonis, ego quoque, inquit, concedo. Quanquam hoc noſtrum ſi ex ſuperioribus ſententia ſpectetur, rectè tranſlatum eſſe defendi poteſt.

Pag. 8. Verſ. 3. Τοῦτο δ' ἐστὶν ὃ λέγω, μὴ καὶ ὑμεῖς πεπιστεύκατε περὶ ἡμῶν, ὅτι δὴ ἐσθίομεν ἀνθρώπους. &c. id eſt, Hoc autem eſt quod dico, num etiam hoc vobis de nobis perſuaſiſtis, nos humanis carnibus veſci, & quæ ſequuntur) Hæc ſunt duo quæ Gentes primis religionis noſtræ hominibus obiiciebāt. Hæc duo in poſteriore apologia primùm negat, deinde ſi ita res eſſet, Gentium exemplo ita defendit, vt eorum etiam deos eadem feciſſe confirmet.

Ἐκεῖνο δὲ ἀπορούμεν μάλιστα, εἰ ὑμεῖς εὐσεβεῖν λέγοντες, καὶ τῶν ἄλλων οἰόμενοι διαφέρειν, κατ' οὐδὲν αὐτῶν ἀπολείπεσθε, οὐδὲ διαλλάσσετε ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τὸν ὑμέτερον βίον, ἐν τῷ μήτε τὰς ἑορτάς, μήτε τὰ σάββατα τηρεῖν &c. id eſt, Illud autem angit nos maximè, quòd vos qui religionem pietatémque colere profitemini, & à cæteris vos diſcrepare ac differre putatis, nulla in re ab eis diſceditis, neque vita veſtra Barbarorum quos gentes dicimus, inſtituto diſſimilis eſt, cùm nec dies feſtos, nec ſabbata agatis, &c.) Hæc propoſitio eſt quædam eorum quæ à Iudæis Chriſtianis obiecta hoc toto ſermone à Iuſtino refelluntur. Nam quæ adhuc commemorata ſunt, principium cauſámque dederunt huic diſputationi, eiúſque ſunt quaſi quædam præludia: ſicuti obſeruatum eſſe in ſermonibus ſemper & à Platone apud Græcos, & à Cicerone apud Latinos videmus. Quod eò commemorandum putaui, vt omnes intelligere poſſint, quid agat hoc ſermone Iuſtinus, id eſt, quò referat omnem hanc diſputationem. Idque faciendum eſt omnibus qui librum aliquem vel legent per ſe, vel aliis explanandum ſuſcipient. Neque enim fieri poteſt, vt rectè aliquid intelligamus, niſi quid ſit id quod agitur & quæritur primum ſciamus & intelligamus. Neque hoc ſatis eſt, ſed etiam quas in partes illud tribuatur, & quibus argumentis ea confirmentur aut refellantur, & denique quomodo omnia ad illud primum referenda ſint, ſcire debemus. Eſt enim eadem quæ ſcribendi, etiam alios docendi, & diſcendi via & ratio. Intelligendum eſt igitur hunc totum ſermonem verſari in refutatione reprehenſionéque eorum quæ Tryphon eiúſque ſodales & cæteri Iudæi iam B. Iuſtini ætate obiiciebant Chriſtianis. Obiiciebant autem hoc primum, Chriſtianorum religionem & vitam non differre à Gentium vita atque religione: quod Tryphon hoc loco quatuor rationibus quæ ab effectis ſumuntur,

ſumũtur, docet. Nã & feſtos dies eos violare dicit, & ſabbata, & carnis præputiũ nõ amputare, & non in Deo, ſed in homine qui cruci ſuffixus ſit, ſpem collocare dicit. Genus hoc quæſtionis ad eam qua, An ſit, quæritur, pertinet. Quæritur enim, num Chriſtianorũ religio & vita non differat à Gentium vita & religione, quoniam hoc Iudæi intendunt, & Chriſtiani negant. Iudæi hoc probant ab effectu, quod genus argumenti in primis firmum eſt in coniectura. Tractatio autem argumentationis eſt talis, Qui nec feſtos dies agunt, nec ſabbata ſancta habent, nec carnis præputium amputant, & in homine ſpẽ ponũt, non in Deo, qui eam legem tulit, eorum nec vita nec religio à Gentium vita religionéque differt: Vos autem nec feſtos dies agitis, nec ſabbata ſancta habetis, nec carnis veſtræ præputiũ amputatis, & in homine qui cruci ſuffixus eſt, ſpem collocatis. Veſtra igitur ô Chriſtiani, vita veſtráq; religio nec à Gẽtium vita, nec à religione differt. Secũdæ formæ eſt argumentatio. probãt autẽ hoc quod negatur, ab effectu, ſiue euẽtu. Effecta enim ſunt tum religionis gẽtium colere homines, tum vitæ, non agere dies feſtos, nõ ſabbata ſancta habere, non præputiũ circuncidere. quoniã illa Iudæos qui verã religionem colebant, vitámque Deo gratam agebant, à Gẽtibus diſtinguebant. Locus cõmunis, Qui ſimilẽ vitam agunt, & ſimilem religionem colunt, eorum eſt & vita ſimilis, & religio. Itaque hæc argumentatio per ſimilitudinẽ quoque tractari poteſt, Quemadmodum Gentes homines pro Deo colunt, nec feſtos dies agunt, qui à Deo præſcripti ſunt, &c. ſic etiã vos hominem pro Deo colitis, nec feſtos dies agitis, &c. Hãc autem religionem ſeruare, & hanc vitam agere, eſt vitam agere Gentium, & eorũ religionẽ tenere. Veſtra igitur religio & vita nõ differt à vita & religione Gentium. Dictũ eſt, quid à Iudæis Chriſtianis obiiceretur, idque in quæſtione verſari qua An ſit, quæritur: demõſtratũ eſt etiã quatuor rationibus doceri à Iudæis quod Chriſtianis obiicerent: quod quò faciliùs intelligi poſſet, argumẽtatio qua tacitè vterẽtur, oſtenſa & explicata eſt, argumentáque vnde ducerentur. Nunc reſtat, vt quid ad hæc Iuſtinus pro Chriſtianis reſpõderit, videamus. Rationes aduerſariorum infirmat, primùm eam quæ eſt de religione hoc modo, Nõ eſt Deus, nec vnquã fuit aut erit, præter eum qui hãc vniuerſitatẽ effecit: in eo autẽ, nos ſpem collocauimus. In Deo igitur ſpem collocauimus, nõ in homine. Sed argumentationẽ ita ad formam reuocabimus. Si in Deo qui hãc rerũ vniuerſitatẽ effecit, ſpẽ noſtrã collocauimus, in homine ſpẽ nõ collocauimus. Primũ autẽ eſt. Secundũ igitur. Tria autem alia quoniam de lege & teſtamẽto vetere loquũtur, vt ea refellat, teſtamentũ poſterius poſtremúmque legẽ à Deo promiſſam eſſe probat, docétq; hoc noſtrũ eſſe, illud poſterius, noſtrámque legẽ eſſe poſteriorem illam. Argumẽtatio autẽ ex cõtrariis eſt huiuſmodi, Deus promiſit daturũ ſe eſſe legẽ aliã, & teſtamentũ aliud, quàm quod feciſſet patribus cùm eos ex Aegypto eduxit, quod omnes homines ſequi debẽt qui hæreditatem Dei adipiſci volunt. Veſtra autẽ lex vetus eſt, & tantùm veſtra eſt: noſtra autẽ noua, & planè omniũ. Lex verò legi contraria & cõtra legem lata ſuperiorem ſuſtulit, & teſtamentum ſimili modo. Sed melius eſt hoc totum ad formam redigi. Deus promiſit ſe laturũ legẽ poſteriorem, facturúmque teſtamentũ poſterius, quæ lex æterna eſt, noua, & omnes tenebit. Quod autẽ promiſit, effecit. Legem igitur aliam tulit. Hæc autẽ veſtra nõ eſt. Veſtra enim vetus eſt, & veſtra tantũ. noſtra igitur. noſtra enim noua eſt, æterna & planè omniũ. Si noſtra eſt, Lex autẽ legi cõtraria, & contra legẽ lata, ſuperiorem ſuſtulit, & teſtamẽtum eodẽ modo. Veſtrã igitur noſtra quæ cõtra illã poſteà lata eſt, quia noua, poſterior, æterna, & ad omnes pertinet ſuſtulit. Ita nõ violamus legẽ, quæ ſublata eſt, cùm feſtos dies nõ agimus, non ſabbata ſancta habemus, nõ præputium nobis amputamus. Sed quoniam hæc omnis argumentatio multas partes habet, quæ dubitationem Tryphoni afferebant, ob eámque cauſam ab eo negari poterant: deinceps eas Iuſtinus cõfirmat. Ac primùm illã primam omnium, Deũ promiſiſſe nouã legem, nouúmq; teſtamẽtum, Eſaiæ, ac Hieremiæ, & ruſus Eſaiæ teſtimoniis, & ab effectu teſtamẽti noui cõcludit legem hãc noſtrã eam eſſe quam Deus illorũ prophetarũ verbis promiſerit, ita tamẽ, vt veterem illã legem Chriſtiani ſeruent, nõ carne quidem, ſed ſpiritu, ſicuti intelligenda eſt. Ita non negat omnino Chriſtianos feſtos dies agere, ſabbata ſancta habere, ſe circũcidere, ſed tantùm eo more quo vno Iudæi ſi ea ſeruaſſent, id eſt, carne, & exterius, ſe Deo charos gratóſque fore exiſtimabãt. Agitur ergo hac tota diſputatione de ſcriptæ legis ſententia, ſcriptoríſque volũtate. Iuſtinus eam Spiritu, nõ carne & litera, intelligendam eſſe, & intelligi docet.

Ἀκούσατέ μου, ἀκούσατέ μου λαός μου οἱ βασιλεῖς πρός μου ἐνωτίζεσθε. *&c. id eſt, Audite me, audite me popule meus, & reges auribus percipite, &c.) In Græco exẽplari nullus eſt omnino notatus locus* Pag. 8. E. *vnde ſumptus ſit, ſiue ſit ex diuinis ſacríſque literis, ſiue ex humanis & profanis. Ego autẽ cùm hos libros cõuertens, ſæpe aliqua obſcura & mutata aut etiã deprauata intelligerẽ, inuẽtis tandẽ*

locis maximo cum labore meo (neque enim in Græcis biblijs quiſquam, quod ſciam, librum confecit ei ſimilem quem concordantias bibliorum vulgo vocant) infinitos propè locos corruptos correxi, magnámque inueni in ijs biblijs quæ Iuſtinus ſequutus eſt ex ſeptuaginta interpretibus, & in noſtris quibus vtimur, diſſimilitudinem. Quod quidem mihi ſtudioſorum diſcendi cauſa docendũ cenſui. Hic igitur locus ſumptus eſt ex 51. cap. Eſaiæ. Nulla eſt autẽ varietas lectionis, niſi quòd apud Iuſtinũ eſt ἐνωτίζεσθε in præſenti modi imperandi, & in noſtris eſt, ἐνωτίσασθε in primo indefinito. Sequor autem biblia quæ ex officina Heruagiana in folio, quod vocant, anno ab orbe redempto 1545. prodierunt, nam in ijs quæ in octauo, quod vocant, excuſa ſunt, infinitæ aliæ ſunt varietates & diſſimilitudines.

Pag.9.A. Ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος, καὶ διαθήσομαι, &c. *id eſt, Ecce dies veniunt, inquit Dominus, & teſtamentum, &c.) Hierem.31. Apud Iuſtinum eſt ſcriptum,* λέγει, *In noſtris,* φησί. *Apud Iuſtinum hæc tãtùm ſunt,* οὐχ ἣν διεθέμην. *id eſt, non quod feci, In noſtris hæc meliùs,* οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην, *id eſt, non ſecundum teſtamentum quod feci. Apud Iuſtinum hæc meliùs,* ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐπελαβόμην. *In noſtris enim pro illis hæc corrupta mihi videntur,* ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου.

Pag.ea. B. ἔλεγον δὲ ἔτι καὶ προσέφερον, &c. *Dicebam prætereà & proferebam, &c.) Verba hæc præteriti imperfecti temporis refert Iuſtinus ad Marcum Pompeium, ad quem hunc librum miſit. Quod eodem modo intelligendum accipiendúmque erit, in verbis eiuſdem temporis.*

Ead.B. Ἀκούσατέ μου τοὺς λόγους, &c. *Audite verba mea, &c.) Eſa.55. pro* ἀκούσατέ μου τοὺς λόγους, *eſt tantũ in noſtris,* εἰσακούσατέ μου. *Hieronymus legiſſe videtur vt eſt in noſtris. Vertit enim hunc locũ ſic, & audite me, & viuet in bonis anima veſtra. In Iuſtino deeſt hoc totum,* ἐν ἀγαθοῖς, *quod eamẽ nolui vertere, ne aliquid de meo viderer addidiſſe. Omnes tamen intelligere arbitror, rectè addi poſſe. In noſtris eſt* μαρτύριον, *quod verbum etiam legit B. Hieronymus, dicit enim, teſtimonium. Apud Iuſtinum autem ſcriptum eſt,* μάρτυρα, *id eſt, teſtem. Apud eundem etiam eſt,* δέδωκα *in præterito perfecto, & in noſtris,* ἔδωκα *in primo indefinito. Hæc deſunt etiã in Iuſtini codice* ἄρχοντα καὶ προστάσσοντα ἔθνεσι, *id eſt, principem præcipientéemque gentibus. Ea enim ſunt in noſtris, eadémque Hieronymus interpretatus eſt. Deinceps ita eſt apud Iuſtinum,* ἔθνη ἃ οὐκ εἴδασί σε, *& in noſtris,* ἰδοὺ ἔθνη, ἃ οὐκ ᾔδεισάν σε. *& paulò pòſt in noſtris eſt,* καὶ λαοί, *& in Iuſtino tantùm,* λαοί. *In noſtris, etiam eſt* κυρίου τοῦ θεοῦ. *& in Iuſtino tantùm,* τοῦ θεοῦ.

Ead. E. Ἀποκαλύψει κύριος, &c. *id eſt, Reuelabit patefaciétque Dominus, &c.) Eſa.52. Locus hic prolixus eſt, in eóque multa diuerſa ſunt in Iuſtini & in noſtris exemplaribus. Nam primum quidem apud Iuſtinum ſcriptum eſt,* πάντα τὰ ἔθνη καὶ πάντα τὰ ἄκρα. *id eſt, omnes gentes, & omnes fines, in noſtris autem,* πάντα τὰ ἄκρα, *id eſt, omnes fines, conſenſu etiã Hieronymi. In noſtris etiam eſt,* τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ, *in Iuſtini codice tantùm,* παρὰ τοῦ θεοῦ. *Deinde in noſtris eſt bis tantùm* ἀπόστητε, ἀπόστητε: *in Iuſtino ter,* ἀπόστητε. ἀπόστητε. ἀπόστητε. *In noſtris ita,* οὐ μετὰ ταραχῆς ἐξελεύσεσθε οὐδὲ φυγῇ πορεύεσθε· προπορεύσεται γὰρ πρότερος ὑμῶν κύριος· *in Iuſtino hoc modo,* οὐ μετὰ ταραχῆς πορεύεσθε· πορεύσεται γὰρ πρὸ προσώπου ὑμῶν κύριος. *Atque conſentit cũ noſtris Hieronymus. In noſtris,* καὶ δοξασθήσεται καὶ μετεωρισθήσεται σφόδρα. *in Iuſtino tãtùm,* καὶ δοξασθήσεται σφόδρα. *In noſtris,* τὸ εἶδός σου καὶ ἡ δόξα σου ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων: *in Iuſtino autẽ* τὸ εἶδός σου καὶ ἡ δόξα σου. *In noſtris,*
53. οὕτω θαυμάσονται *in Iuſtino* οὕτω θαυμασθήσονται. *In noſtris* ὡς παιδίον ἐναντίον αὐτοῦ. *in Iuſtino traiectis verbis,* ἐναντίον αὐτοῦ ὡς παιδίον. *In noſtris,* παρὰ πάντας τοὺς υἱούς: *in Iuſtino,* πάντας *deeſt. In noſtris,* καὶ ἐν πληγῇ ὑπὸ θεοῦ: *in Iuſtino tantùm,* καὶ ἐν πληγῇ. *In noſtris,* αὐτὸς δὲ. *id eſt, Ipſe autem: in Iuſtino,* οὗτος δὲ, *id eſt, hic, ſiue is autem. In noſtris* ἡμῖν ἐπ' αὐτῷ *in dandi caſu: in Iuſtino,* αὐτοῦ *in patrio. In noſtris,* ὡς ἐπὶ σφαγὴν *in Iuſtino,* εἰς σφαγήν. *In noſtris,* ἡ κρίσις αὐτοῦ. *in Iuſtino,* αὐτοῦ ἡ κρίσις. *In noſtris,* τὴν γενεὰν *in Iuſtino,* τὴν δὲ γενεάν. *In noſtris,* ἤχθη εἰς θάνατον *in Iuſtino,* ἥκει. *In noſtris,* οὐδὲ δόλον ἐν στόματι: *in Iuſtino meliùs,* οὐχ εὑρέθη δόλος. *B. enim Petrus ita legit priore epiſtola cap. 2. vt Iuſtinus,* οὐχ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. *Itaque corrigenda ſunt noſtra exemplaria. In noſtris,* κύριος ἐν χειρὶ αὐτοῦ ἀφελεῖν *in Iuſtino autẽ,* κύριος ἀφελεῖν *tantũ.*
54. *In noſtris,* καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν: *in Iuſtino,* καὶ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. *In noſtris eſt,* ἔτι εἰς τὰ δεξιὰ. *in Iuſtino,* ἔτι *nõ eſt. In noſtris,* οὐ μὴ μνησθήσῃ *in Iuſtino tantùm eſt,* οὐ μνησθήσῃ *In noſtris eſt,* ὅτι κύριος ὁ ποιῶν σε, κύριος σαβαὼθ ὄνομα αὐτῷ: *in Iuſtino autem,* ὅτι κύριος ἐποίησεν ὄνομα ἑαυτῷ: *quod quidem deprauatum eſt, vt mihi quoque videtur, quanquam nihil mutare volui. In noſtris denique eſt,* οὐχ ὡς γυναῖκα *in Iuſtino* οὐχ *negatio deeſt, quam ego addidi. Ego ipſa tantùm verba quæ diſſimilia ſunt profero & inter ſe collata quid differant, doceo, notatis locis, quæ qui volet, poterit tota conferre. Si enim pro verbo vno quod diſſimile eſt, totam comprehenſionem proferrem,*

cùm

cùm propè infinita ſint eiuſmodi, liber ſcribendus eſſet.

